AUTHOR:

NEUMANN, GEORG

TITLE:

DE NOMINIBUS BOEOTORUM PROPRIIS

PLACE:

REGIMONTI

DATE:

1908

Master Negative #

93-81219-11

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

```
BKS/SAVE  Books       FUL/BIB   NYCG93-B1183          Acquisitions     NYCG-LNF
Record 1 of 0 - SAVE record
UNI
  ID:NYCG93-B1183           RTYP:a    ST:s    FRN:   MS:    EL:       AD:02-04-93
  CC:9668  BLT:am     DCF:?   CSC:?   MOD:       SNR:        ATC:       UD:02-04-93
  CP:gw      L:lat    INT:?   GPC:?   BIO:?      FIC:?       CON:???
  PC:s      PD:1908/          REP:?   CPI:?      FSI:?       ILC:????   II:?
  MMD:      OR:    POL:    DM:     RR:           COL:        EML:       GEN:   BSE:
  040     NNC‡cNNC
  100 1   Neumann, Georg,‡d1886-
  245 10  De nominibus Boeotorum propriis‡h[microform].
  260     Regimonti,‡bEx officina Hartungiana,‡c1908.
  300     61 (1) p.
  LDG     LC/NUC
  QD      02-04-93
```

Restrictio

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11X

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 4-5-93 INITIALS JAMES

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

DE NOMINIBUS BOEOTORUM PROPRIIS

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE REGIMONTANO

RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

GEORGIUS NEUMANN 1886-

REGIMONTANUS

REGIMONTI

EX OFFICINA HARTUNGIANA

MCMVIII

De dissertatione probanda ad philosophorum ordinem rettulerunt
A. Ludwich, L. Jeep, R. Wuensch.
Dissertatio probata est die XXVI mensis Maii a. MCMVIII.

PATRIS MANIBUS

Insunt in hoc opusculo:

Conspectus siglorum in opusculo adhibitorum

CIG: Corpus inscriptionum Graecarum. Berol. 1828—59.
IG: Inscriptiones Graecae. Berol. 1873—1908. Voll. I, II, III continentur inscr. Atticae, vol. IV inscr. Argolidis, vol. VII inscr. Megaridis et Boeotiae, vol. IX, 1 inscr. Phocidis Locridis Aetoliae Acarnaniae insularum maris Ionici, vol. XII 1 inscr. Rhodi, vol. XII 2 inscr. Lesbi, vol. XII 3 inscr. Therae et vicinarum insularum, vol. XII 5 inscr. Cycladum praeter Delum et Tenum, vol. XII 7 inscr. Amorgi, vol. XIV inscr. Graecae Siciliae et Italiae.
IGA: Inscriptiones Graecae antiquissimae. Berol. 1882.
Anc. Gr. Inscr.: *The Collection of Ancient Greek Inscriptions in the British Museum. Oxford 1883—93.*
BCH: *Bulletin de correspondance hellénique. Athènes et Paris. 1877—1907.*
CB: *Collitz und Bechtel, Sammlung der griechischen Dialectinschriften. Göttingen 1894—1905.*
CGC: *A Catalogue of the Greek Coins in the British Museum. London 1883—1906.*
Ditt. Syll.: Dittenberger Sylloge inscriptionum Graecarum. ed. II. Lips. 1898—1901.
Ἐφ. ἀρχ: Ἐφημερὶς ἀρχαιολογική. Athen. 1882—1907.
FB: *Fick und Bechtel, Die griechischen Personennamen. Göttingen 1894.*
PA: Prosopographia Attica scr. Joh. Kirchner. Berol. 1901—03.

Compendia quae praeter solita adhibui:

al. qu.: alius quidam.
e. v.: et vicini.
8 × sim.: octies sim.

Numeri nude positi Corporis Inscriptionum Boeoticarum (IG VII) numeros indicant.

PROOEMIVM

Quaecumque de nominibus Graecorum propriis adhuc conscripta sunt opera et opuscula, omnia fere ad nominum formationes ac nominum interpretationes pertinent;[1]) eiusdem autem stirpis nomina hic pauca, illic sescenta reperiri etsi viros doctos non effugit, tamen his rebus investigandis atque enarrandis perpauci studuerunt.[2]) Qua de causa ipse haec studia amplexus sum et mox multa cognosci posse intellexi atque nonnulla, ut mihi quidem videor, cognovi. At cum amplius esset opusculum meum, quam quod spatio dissertationi concesso contineretur, cetera semovi ac ea tantum edidi, quae spectant ad nomina Boeotorum propria.

Sed ipsi opusculo nonnulla praemonenda esse duxi. Quod nomina alia aliis in regionibus civitatibusve usitata fuerunt, quid mirum? etenim Graeca natio divisa erat in gentes sermone moribus studiis diversas; cum vero nomina propria non raro popu-

1) commemoro libros notabiliores: C. Keil, Specimen onomatologi Graeci. Lips. 1840. — Pape-Benseler, *Wörterbuch der griechischen Eigennamen. 3. Aufl. Braunschweig* 1884. — Fick et Bechtel, *Die griechischen Personennamen. Gött.* 1894. — Bechtel, *Die einstämmigen männlichen Personennamen des Griechischen, die aus Spitznamen hervorgegangen sind. Berlin* 1898. *Abh. d. Königl. Ges. d. Wiss. z. Gött. Phil. Hist. Kl. N. F.* II, 5. — Bechtel, *Die attischen Frauennamen. Gött.* 1902.

2) J. A. Letronne, *Sur l'utilité qu'on peut retirer de l'étude des propres noms grecs pour l'histoire et l'archéologie; Oeuvr. chois.* III, 2 p. 1 sqq. — C. Meier, Quaestionum onomatologicarum capita quattuor. Diss. Marpurgi 1905. — Nonnihil animadverterunt docti viri, qui inscriptiones edendas curaverunt, velut Boeckh, Blass, Dittenberger al., alia quaedam cognovit Bechtel in libris, quos modo memoravi.

lorum studia moresque indicent, nomina singularum gentium propria diversa fuisse inde concludere oportet. Tamen quantopere et quomodo nomina propria gentis alicuius diversa fuerint a ceterarum, nequaquam facile cognoscitur: permultae enim nominum stirpes quippe quae usitatiores sint apud quosvis occurrunt Graecos, ceterae autem paucissimis exceptis adeo non intra unius civitatis fines continentur, ut in ceteris regionibus numquam fere omnino desiderentur. Illius rei causas explanare supervacaneum est, cum Graecorum unam nationem fuisse constet, sed de hac re paulo fusius disseram. Primum a vicinis ad vicinos talia nomina volabant; cui migrationi vel id favebat, quod inter omnes constat, quot et quam dissimiles gentes multis in regionibus vicinae fuerint. Euboeae insulae septentrionem incolebant Hestiaeotae, genere Aeoles, meridiem Dryopes, inter quos medii habitabant Iones. In Argolide erant a septentrione Iones, a meridie Achaei, qui vocabantur, Hermione oppidum erat Dryopum, in Megaride Boeoti habitasse videntur: qui universi postea a Doribus sunt subacti, non tamen pulsi. Deinde, cum in plerisque civitatibus civilia bella orta essent, cives innumerabiles in aliis terris sedes petiverunt; atque ut coloniae ab hostibus melius defendi possent, complurium civitatum coloni se coniunxerunt: Heraclea Pontica condita est a Megarensibus et Tanagraeis Boeotis (Scymnus v. 973), Sybaris ab Achaeis et Trozeniis,[1]) Gela a Rhodiis et Cretensibus.[2]) Praeterea vix dubium est, quin Graeci cives haud raro pulsi ab hostibus vel inopia coacti aliorum in regiones migraverint: velut Colonei Attici incolebant Colonides vicum Messeniae (Paus. IV 34, 8);

1) cf. Busolt, *Griechische Geschichte. Gotha* 1886 sqq. I p. 254, 3.
2) ib. p. 264, 2.

nomina *Κηφισόκριτος* et *Κηφισίδης* Chii inventa (CGC Ionia 331, 335) Athenienses aut Boeotos produnt colonos: etenim Chiis Cephisus flumen non fluxit. Cauloniae oppidi totam vero civitatem Dionysius maior Syracusis recepit (Diod. XIV, 106). Tum quis est, quin sciat, quot homines privati patria egressi vitam apud alios degerint: dico Hesiodum, Herodotum, Lysiam, Xenophontem, Dinarchum alios sescentos. Denique cogita, quot viros aliis a civitatibus receptos esse hospitii publici decreta lapidibus servata doceant. Quae omnia nimirum effecerunt, ut nomina quoque propria migrarent. Accedit quod Graeci facillime aliena sua faciebant: ne barbarorum quidem nomina accipere eos dubitasse nominibus *Ψαμμήτιχος Λύγδαμις Πίνδαρος* aliisque multis ostenditur.

His similibusque rebus, ne nomina civitatum singularum propria satis certe indagentur atque cognoscantur, impeditur. Tamen, cum multum diuque in his studiis versatus essem, messis tam larga fuit, ut centum fere et quinquaginta stirpes singulis in regionibus praevaluisse intellegerem. E quibus hoc libello ea modo nomina, quae in Boeotia et Megaride — nam Megarenses ut in sermone ita in nominibus dandis multa debent Boeotis — tractaturus sum, quia et permulta eorum nomina servata sunt et quia maxime diversa esse videntur a ceteris. Etiam ob id Boeoti maxime digni sunt, quorum nomina prae ceterorum tractemus, quod gens Boeotorum erat validissima et ornatissima, quae licet illusa sit ab Atticis mordacioribus, tamen Pindaros tulit et Epaminondas, ut alios praeteream non ignobiles. De nominibus illorum igitur agam atque ita rem instituam, ut prius de viginti quinque stirpibus a quibus derivabantur nomina non theophora, deinde de theophoris quae dicebantur disseram.

CAPVT PRIMVM

De nominibus non theophoris

De Graecorum moribus ac legibus, quibus usi sunt in nominibus imponendis, copiosius disserere non opus est; sequor his in rebus Fickium et Bechtelium, qui de eis in prooemio libri supra p. 7 adn. 1 commemorati optime egerunt. Itaque haec commemorasse satis sit. Plerumque filio maximo natu imponebatur avi nomen, ceteris pueris dabantur andronymica quaecumque reliqua in patris et in matris familia in usu erant; rarius accidebat, ut puero nomen in gente inusitatum vindicaretur, tamen hoc accidebat ob gratum animum hospiti cuidam significandum vel ob similes causas.[1]) Saepius autem factum est, ut in multis familiis aut eadem nomina aut eiusdem stirpis nomina quasi hereditate tradita servarentur; velut in Demosthenis oratoris familia inveniuntur haec nomina derivata a stirpe *δημο-*: *Δημομέλης*, *Δημοσθένης*, *Δημοτέλης*, *Δημοφῶν*, *Δημύλος*, *Δήμων*.[2]) Alia exempla innumerabilia afferunt inscriptiones. Hanc ob causam fieri potuit, ut ea nomina in civitate frequentia fuisse falso putarem,

1) Id quoque accidisse videtur, ut filio nomen daretur, quod patris nomini nec sententia nec formatione, sed sono simile esset; quod his exemplis demonstratur:

Εὐδαιμοκλῆς Εὐδάμου Laco (CB no. 4478)
Ἀμεινίας Ἀμειψίου Atheniensis (IG II no. 990)
Εὐφραίνετος Εὐφάντου Δήλιος (ib. 814, 17)
Λέων Λεωμέδοντος Ceus (IG XII 5 no. 608)
Λύκος Λύνκου Aetolus (IG IX 5 no. 418)
Ὀνόμαντος Εὐρυμάνθου Ἀργεῖος (*Ἐφ. ἀρχ.* 1905, 169, 11).

2) cf. Kirchner, PA s. v. *Δημοσθένης Δημοσθένους Παιανιεύς*.

quae tantum unica in familia usitata fuerunt, et ut unum eundemque hominem pluribus monumentis memoratum bis afferrem. Itaque, ut talis error vitaretur, patris ac patriae nomina, ubicumque potui, quam accuratissime addidi.

Iam de ratione mea indagandi, quippe quae aliquantum diversa sit a C. Meieri via, aliqua explananda sunt. Meier enim, cum primo capite *de nonnullis nominibus Peloponnesiacis* ageret, nominibus Peloponnesiacis solis perlustratis magnos in errores inductus est.[1]) Qua de causa erat exploranda atque examinanda tota nominum silva sive scriptorum in libris prodita sive in titulis nummisque exarata. Atque id maxime spectavi, ut nominum numerorum, quoscumque praebent singularum civitatum monumenta, accuratam rationem haberem: sunt enim inter se perdiversi. Atheniensium plus 16000 nomina collegit Joh. Kirchner in Prosopographia Attica in libris et lapidibus nummisque servata neque ea recepit, quae Christo nato recentiora sunt. Boeotorum et Megarensium exstant plus 8000, e quibus exiguam partem scriptoribus debemus; tertio loco Rhodiorum habenda sunt nomina (inter 4000 et 5000); sequuntur Argolidis incolae (Argivi, Corinthii, Sicyonii, Epidaurii, Trozenii ceterique), quorum nomina plus 4000 supersunt; Theraei et vicini plus 3000 sunt noti. E ceteris praestant Cei Coi Delii Delphi Euboici Lacedaemonii

1) velut in libro supra p. 7 p. 17 nomina a lupo pendentia in Argolide imprimis crebra fuisse censet. Sed landato inter 4000 fere nomina Argolica occurrunt 12, quae exhibent radicem *λυκ-*, at inter 16000 Atheniensium nomina 45, inter 1500 Coorum nomina 11. Iam vides Athenis haec nomina non rariora, Co in insula multo crebriora esse. Ingens vero est numerus lycophororum, ut ita dicam, quem praebent lapides Aetoliae (velut IG IX 1 no 412—419). — Cf. praetera quae infra dixerim de nominibus exeuntibus in *-γείτων* p. 17.

Lesbii Thessali, quarum civitatum circiter 1500 nomina unaquaeque praebet. Itaque si eiusdem stirpis et in Attica et Spartae totidem exstant andronymica, Spartae stirpem multo usitatiorem fuisse iudicare oportet.

Nomina quaecumque Caesarum Romanorum aetati vindicanda aut in terris barbaris reperta sunt non recepi neque ea respexi, quorum memoria turbata est. Tamen restabat perlustranti tanta copia, ut non pauca me effugisse verisimile sit; sed laboris mei fructus, qui non in eo erat positus, ut nova nomina novaeque formationes indagarentur, verum ut, quantum et quomodo Boeotorum nomina a ceterorum diversa fuerint cognosceretur, maius inde damnum accepisse non puto.

Rationi, quam spectabam, certe deducendae hoc quoque obstabat, quod, ut supra p. 8 enarravi, plurimae stirpes non intra unius terrae fines continebantur. Ubicumque fieri potuit, omnia quotquot eiusdem stirpis nota sunt nomina enumeravi. Sed ubi tractandae erant stirpes usitatae, ne longior essem, nomina omissis fontibus ad numerum tantum computavi quotquot in Boeotia, in Attica, Rhodi, Spartae aliisque in terris occurrunt, numerosque computatos inter se comparavi. Neque tamen curavi, si praeterea aliquot nomina in aliis terris inventa essent; singulis nominibus temere dispersis nihil probabitur. Sed hoc erit nobis tenendum: qua in terra civitateve stirps quaelibet nomina multa ac varie formata genuit, in ea hanc stirpem usitatam fuisse iure concluditur.[1])

Iam ad singulas stirpes perlustrandas accedamus. Quas eodem modo profero ac Bechtel in libris suis; quem ubi nie addidi in interpretatione quoque sequor.

1) Non aliter Bechtel rem egit, cum tractaret nomina Eretriensia quae continent vocem *ἵππος* (Herm. vol. XXXV p. 326).

1. *Ἀγγελ-, -άγγελος.*

Nomina ab hac stirpe derivata, etsi in aliis quoque regionibus reperiuntur, in Boeotia maxime usitata fuisse videntur; multa enim sunt et varia.

Εὐ-άνγελος Δάμωνος Orchomenius (3179, 38)
Εὐ-άνγελος Θιοτίμω Orchom. (3175, 22)
Εὐ-άνγελος Tanagraeus (508, 6)
Εὐ-άνγελος in cippis sepulcralibus duobus Tanagrae repertis (981, 982)
Εὐ-άγγελος in lapide Thisbae reperto (2278)
Εὐφρόνισκος Θ[ι]-αγγέλιος Tanagr. (537, 18)
Sic recte supplevit Dittenberger. Boeoti saepe *ι* pro *ε* ante vocales usurpabant (cf. *Θιόδωρος*, *Κλίων*). Forma illa *Θιαγγέλιος* patris indicat nomen more Aeolica per nomen adiectivum.
Θηβ-άγγελος Boeotus (1764, 4; CB 2515)
Πεδ-ανγελίς in lapide Tanagrae invento (3512) *πεδά* Dores et Aeoles adhibebant ubi Attici *μετά*, cf. *Πεδαγειτνιῶνα* mensem.
Πυθ-άγγελος ὁ Φυλείδου Thebanus (Thuc. II 2)
Πυθ-άνγελος Tanagr. (585 II 4)
Πουθ-άνγελος Εὐδρόμω Acraephiensis (2716, 14). *ου* Boeoti adhibebant pro vulgari *υ*: *Ἀμούντας, Πουρρίας.*
Πουθ-άγγελος Πουθάρμω Hyettius (2814, 8) qui item nominatur no. 2823, 3 vir ab hoc fortasse diversus fuit.
Εὔθυμος Πουθ-ανγέλω Orchom. (3180, 34)
Ἀγγελῖνος in lapide Coroneae reperto (2903).

2. *Ἀει-*

Haec vox nisi a Boeotis vicinisque eorum non usurpata esse videtur.

Ἀεί-μνηστος Plataeensis (Thuc. III 52)
Ἀϊ-μνάστα Tanagraea (748)

Eiusdem nominis exstat forma decurtata:
Ἀΐ-μνώ Tanagr. (555)
ι pro ει ut in hoc nomine Boeoti saepissime scripserunt: Ἀμινίας, Ἀριστογίτων.

Ἀει-μναστίδας Phocensis (Ditt. Syll. no. 141,8)
Phocenses Boeotis fuisse vicinos nemo nescit.

Ἀϊ-κλείδας Assius (Papers of the American School I 74 no. 50)
Assii sunt Lesbiorum coloni (Strab. XIII 610), Lesbus autem insula occupata erat ab Aeolibus e Thessalia et Boeotia oriundis (Thuc. III 2, cf. infra p. 42).

Ἀεί-μνηστος Hennensis Siculus (Diod. XIV 14).
hoc nomen fortasse per Megarenses in Siciliam est perlatum; nam Henna oppidum non longe aberat a Megara Hyblaea.

3. Ἀμειν-, Ἀμεινο-, -αμείνων
Erat haec stirps in Boeotia frequentissima, frequens in Attica quoque aliisque terris, quae prope Boeotiam sitae sunt; in ceteris regionibus nomina rarius inveniuntur.

Boeoti, quibus erant talia nomina, in scriptorum libris et lapidibus nominantur plus 60, Athenienses, quamquam duplex fere nominum numerus in PA exstat,[1]) tantum 58, in Argolide inveniuntur nomina 3, Therae et Spartae ne unum quidem.

E tota copia nominum, quae ab illa stirpe deducta sunt, saepissime adhibita esse videntur: Ἀμεινίας, Ἐπ-αμείνων, Ἐπ-αμεινώνδας.[2])

1) vide supra p. 11.

2) nomen primarium Ἀμείνων rarissime occurrit. Fortasse vitabatur, ne nomen proprium par esset nomini adiectivo ἀμείνων, cf. FB p. 196 not.

4. Ἀμμ-
Nomina huius stirpis quaecumque supersunt sunt Boeotica.
Ἀμμέας Plataeensis (Thuc. III 22)
Ἀμμία Thespiensis (3562)
Ἀμμόα Tanagr. (763)
Ἀμμόα Thesp. (1971)
Derivata esse videntur haec a voce ἀμμίη, h. e. matercula, nutricula (cf. Herondae mim. I, 7 *erklärt von Meister. Abh. d. phil.-hist. Kl. d. Kgl. sächs. Ges. d. Wiss.* XIII No. VII, p. 674).
Bene cum hac interpretatione concinit, quod pleraque nomina mulierum sunt.
Nomina quae elementum μ non duplicant velut Ἀμοτέλης ad alteram quandam stirpem pertinere suspicor (cf. FB p. 55).

5. Ἀργι-
Haec nomina propria apud Boeotos solos fere reperiuntur.
Ἀργι-κλίδας Tanagr. (509)
Ἀργιλλίας Acraephiensis (2716, 2)
[Ἀρ]γιλλίδας Orchom. (3191, 11)
. . . . . . κος Ἀργιώ[νιος] Tanagr. (537, 1)
Accedit nomen Thessalicum Ἄργουν (CB no. 326; cf. FB p. 65).
Unicum praeterea nomen mihi est notum:
Ἀργι-λεωνίς Lacaena, mater Brasidae (Plut. Lyc. 25).

6. Ἀρτυ-, Ἀρτυσι-
Omnia paene nomina apud Boeotos et Cycladum Ionicarum incolas reperta sunt.
Ἀρτύ-λαος ἄρχων Βοιωτῶν (291)
Ἀρτύλλος Acraeph. (2471)

Ἀρτύ-λοχος Eretriensis (*Ἐφ. ἀρχ.* 1887. 88 III, 68)

Ἀρτύ-μαχος Tenius (*Anc. Gr. Inscr.* no. 377, 117)

Ἀρτυσί-λεως Delius (CIG no. 158)

hoc nomen in insula Delo floruisse testatur Athenaeus IV 173 a.

Ἀρτυσί-λεως Thasius (CB no. 5474 b)

Ἀρτυσί-τραγος nomen Deli usitatum teste Athenaeo (IV 173a).

Solus praeterea notus est

Ἀρτύ-λας Phigalensis (Paus. VIII 27, 11).

7. *-βώτης*

Vetustae huius haud dubie stirpis non pauca antiquissimae memoriae nomina commemorantur velut *Εὐβώτας*, *Λαβώτας*, *Συβώτας* al. Inde a saeculo V. a. Chr. n. nomina talia nisi a Boeotis ceterisque Aeolibus non adhibita esse videntur. Aeolicae autem genti praeter Boeotos Thessalos Aeoles Asianos attribui possunt Arcades quoque et Cyprii.

Εὐρυ-βωτάδας Orchomenius (3206, 14)

Περι-βωτάδας Hyettius (2813)

Hoc nomen ne ad dictionem *περί-βωτος*, i. e. *περι-βόητος* (App. Anth. Pal. epigr. 338) referatur, obstat forma patronymica exiens in *-άδας*; aliter enim exspectares *-ίδης*.

Βωτύλος Chaeronensis (2724 c, 6)

Παμ-βούτας Pharsalius (CB no. 326 III 5).

lapis exhibet formam patronymicam *Παμβούταιος*. *ου* Thessalos pro *ω* usurpasse demonstratur formis *Μένουν*, *Στράτουν*.

Βωταχίδαι gens Tegeatica (Steph. Byz.).

8. *-γείτων*

Nusquam per totam Graeciam haec nomina

erant tam frequentia quam in Boeotia et Megaride.

In lapidibus Boeoticis et Megaricis exstant nomina[1]) *Ἀριστο-γείτων* 30×, *Θεο-γείτων* 22×, *Εὐ-γείτων* 10×, *Ἀθανο-γείτων* 5×, *Καλλι-γείτων* 11×; in Attica nomen *Ἀριστο-γείτων* occurrit 9× (PA no. 1771—79), *Διο-γείτων* 14× (ib. 3787—3800), *Θεο-γείτων* 7× (6680—86), *Καλλι-γείτων* vero omnino deest. In ceteris regionibus haec nomina aut perrara sunt aut desiderantur: velut Spartae ne unum quidem eiusmodi nomen investigavi.

Praeter nomen theophorum *Ἀθανο-γείτων* quod supra commemoravi alia multa theophora reperiuntur huius stirpis: *Δαματρο-γίτων*, *Ἡρο-γείτων* al., unde vides stirpem *-γείτων* saepe cum deorum nominibus coniunctam fuisse.

Quod attinet ad horum nominum frequentiam explicandam, Bechtel (FB p. 83) de eorum significatu copiosius non egit, sed C. Meieri sententia (p. 19) probanda mihi videtur: qui Eugitonem eum esse censet, qui habeat bonum vicinum, Athanogitonem eum, qui Minervam habeat vicinam, i. e. qui prope templum Minervae[2]) habitet.[3])

9. *Δαιτι-*, *Δαιτο-*

Stirps haec in Boeotia e. v. regionibus saepe, alibi non est adhibita.

Δητό-λαος *Ἀκρηφιεύς* (BCH XXIII 196)

---

1) quorum formae decurtatae quoque *Ἀριστόγειτος*, *Εὔγειτος* al. apud Boeotos usitatae erant.

2) cf. nomen *Ἀγχίαρος* in Boeotia haud rarum (1752, 3171, 3357).

3) idem errat, quod haec nomina Megarensibus solis attribuit: Boeoti et Megarenses hanc stirpem dilexerunt. De eius erroris causa scripsi p. 16.

η pro αι Boeotice est scriptum: Ἀθανῆος, Θειβῆος.

Δαιτάδας Βοιωτός (BCH XXI 322)
Δαίτων Βοιωτός (CB 2566, 21)
Δαιτώνδας Thebanus (2457)
Δήτα Anthedonia (4194)
Δήτιχος Thesp. (1478)
Χαρι-δαιτίς Thebana (2579)
Δαιτι-φάν[ης] Megarensis? (188, 18)
Δαιτό-φρων Εὐ-δαιτίδου Athen. (IG II no. 2742)
Παν-δαίτης Athen. (Ditt. Syll. no. 425, 153)
Δαιτώνδας Sicyonius (Paus. VI 17, 5)
Δαίτων Ceus (IG XII, 5 no. 544 B 2, 6)
Δαίτων Chalcidensis (Ἐφ. ἀρχ. 1907, 19)
Δαίτας Ναυπάκτιος (BCH XV 359)
Πολυ-δαίτας Aetolus (IG IX 1 no. 416).

Quorum nominum partem quandam (Δαίτι-φάνης, Δαίτων, Δαιτώνδας) Bechtel (FB p. 89) refert ad Daesium mensem Sicyoniorum, reliquam ad verbum δαίομαι. Illa opinio nominibus propriis non confirmatur: licet Sicyonius quidam fuerit nomine Δαιτώνδας, tamen et nominis forma Boeotiam olet[1]) et cetera huius generis nomina Boeotiam stirpis patriam fuisse docent. Itaque ad vocem illam dividendi (δαίεσθαι) omnes huius stirpis rami videntur deducendi. Sed quid obstat, quominus ad nomen δαίς (cena) eam referamus? Boeotos nomina ad edendum pertinentia nequaquam contempsisse nominibus a stirpe θοιν-[2]) pendentibus ostenditur.[3])

10. δασυ-

1) cf. infra p. 59.
2) cf. infra p. 24.
3) fortasse et δαιτ- et θοιν- pertinent ad sacram dapem; cf. Fustel de Coulanges *La Cité antique*, Paris 1905, p. 134.

Nomina sunt rarissima; omnia sunt in Aeolicis terris inventa.

Δασύας Thesp. (1760, 2)
Δάσων Tanagr. (538)
Δάσων Hyettius (2812)
Δασυ-μένης Μελιταιεύς (BCH V 424 no. 37).
Melitaea oppidum erat Thessaliae haud procul a Thaumacis situm.

11. Δικαι-, Δικαιο-

Nomina derivata ab hac stirpe in tota Graecia septentrionali usitata fuisse videntur; fieri potuit, ut ab Aeolibus, qui in Thessalia atque in Boeotia habitabant, ad ceteros venirent. Boeotorum hi sunt noti:

Δικαί-αρχος Boeotus (2641)
Δικαίο-πολις Tanagr. (913)
Δικέ-αρχος Orchom. (3215)
ε pro η positum nisi apud Orchomenios non inveni.[1])
Δικέ-αρχος Δικε-άρχου Orchom. (3215)
Δική-αρχος Hyett. (2818, 16)
[Δικ]ηο-γέ[νι]ος Theban. (2427, 28)
Est forma patronymica. V. supra p. 13.
Δίκηος Ἀριστ . . . . , (1665).
Huic hospitium publicum decretum est a Plataeensibus; num ipse Boeotus fuerit, nescio.
Δίκηος Τέλωνος Orchom. (3181, 3).

Thessalos aggrediamur:

Δικαι-αγόρα Larisaea (Ἐφ. ἀρχ. 1900, 72)
Δικαί-αρχος Narthaciensis (BCH VI 589)
Δικαιρέτα Εὐλαεία Thessala (Ἐφ. ἀρχ. 1900, 62),

1) ne confundas haec cum ε vocali posteriore tempore ex αι exorta.

si quidem id nomen huc est referendum. hic titulus est Chalcide inventus, tamen Thessalae cuiusdam nomen commemorari docet dialectus; cf. notam Papageorgii nomini additam.

Δίκαιος Thessalus (ib. 62)

Δικαιώ Thessala (Leake *Travels in the Northern Greece* no. 191)

in Phthiotide haec nomina sunt inventa:

Δικαιο-βούλα (CB no. 1465)

Δικαιο-πλούτα (ib. 1461 II)

Δικαία (ib. 1448a)

Δικαιώ (ib. 1467)

in Aenianibus haec:

Δικαι-αγόρα (BCH XV 334)

Δικαί-αρχος (CB no. 1429 b)

Δικαί-αρχος Αἰνιάν (IG II no. 963)

hic fortasse non diversus est a priore.

Δίκαιος (CB no. 1430).

In cetera Graecia septentrionali haec habes nomina:

Δικαί-αρχος Delphus (CIG no. 1689)

Δίκαί-αρχος Καρφεύς (*Athen. Mitteilungen* XXVII 33)

Καρφεύς scriptum est pro *Σκαρφεύς* item ac *Τυμφαία* pro *Στυμφαία*, *Πολυπέρχων* pro *Πολυσπέρχων* (cf. FB p. 234).

Δικαί-αρχος Larymnaeus (IG IX 1 no. 239)

Δικαί-αρχος Trichoniensis (CB no. 2075)

Δικαιό-πολις Trichon. (IG IX 1 no. 419)

Δικαιό-πολις Apodotus (ib. 423).

Idem nomen finxit Aristophanes in Acharnensium fabula.

Accedunt decem Atheniensium nomina. In ceteris regionibus stirps, etsi non desideratur, tamen raro adhibita esse videtur.

12. *Ϝαρνο-*

Stirps haec apud Boeotos e. v. et apud Thessalos saepius reperitur, apud ceteros paene desideratur.

Ἀρνο-κλεῖς Ἀνθαδόνιος (3207, 8)

Ἀρνίας Chaeronensis (3354)

Ϝαρνείας Anthed. (4199)

Ἄρνιχος Lebadensis (3068)

Βρανίδας Lebad. (3068)

Βρανίδας scriptum est pro *Ϝαρνίδας*; cf. FB p. 125.

Ϝάρνων Orchomenius (ib. 3171, 14)

Ἀρνεισίχα Boeota (617)

in hoc nomine stirps amplificata esse videtur, ut *Τιμοκράτης* augetur in *Τιμησικράτης* sim.

Ἀρνίας Στειριεύς (IG XI 1 no. 36)

Ἀρνίας Νικομάχου Φυσκεύς (CB no. 2019)

Ἀρνίας Ἀριστολάου Φυσκεύς (ib. 2140)

Ἀρνίας Thessalus (Mionnet, *Monnaies grecs* II 2)

Ἴουν Ἀρνιάδαιος Matropolites (Hoffmann *Griechische Dialekte* II 62, 15)

. . . . *Ἀρνάειος* Thessalus (*Ἐφ. ἀρχ.* 1900, 58)

Φιλό-αρνος Θετταλὸς ἀπὸ Κιερίου (IG VII no. 1760, 12)

Praeterea haec nomina investigavi:

Ἀρνιάδας Corcyraeus (IG IX 1 no. 868) saecl. VI—V

Ἄρνισκος Leucadius (ib. 546) saec. VI—V

Ἄρνισκος Eleus (Paus. VI 16, 7) saec. III.

Quaenam horum nominum sit significatio, Bechtel dubius haeret (FB p. 125). Pertinere enim posse ea et ad *Ϝρήν*, *Ϝαρνός* et ad oppidi vetustissimi nomen *Ἄρνη* censet. Illud magis probandum esse existimo, quod forma deminutiva *Ἄρνισκος* potius ad agni nomen refertur; cf. *Λεόντισκος*, *Λύκισκος*, *Ταύρισκος* alia. Prae-

terea Aeoles eas stirpes, quae spectant ad vitam agrestem *(-βώτης, κηπο-, μηλο-, ποιμ-)* magis quam ceteros Graecos observasse consentaneum est. Qua occasione data therophororum usum in saecula obsoluisse liceat monere: cum saecula VII et VI non pauca praebeant nomina ad feras vel ad agrestem vitam spectantia (*Βούπαλος* Chius saec. VII—VI, *Σύαγρος* Lacedaemonius eiusdem aetatis), haec nomina saeculis III et II rara exstant (cf. C. Meier l. s. p. 22—27).

13. *-Ϝάσκης*

a Boeotis solis adhibita esse videtur.

Ἐπι-Ϝάσκης Thebanus (2723)

lapis exhibet: *ΕΠΙϜΑ . . ΙΟΣ.* Bechtel cum magna probabilitate illud nomen restituit (FB p. 126).

Ϝασκώνδας Thebanus vel Lebadensis (3091)[1])

Ἀσκώνδας Thebanus al. qu. (2424)

Ἀσκώνδας Thebanus al. qu. (Diog. Laert. VI 5, 1)

Ἀσκώνδας Boeotus (Polyb. XX 5)

Ἀσκώνδας quidam (Aristoph. Vesp. 1192)

nominis forma Boeotiam indicat.

Ἀσρωνίδης in vase Attico (Kretschmer in *Kuhns Zeitschrift* XXIX 406).

Quaenam sententia his nominibus exhibeatur, non est satis certum. Benseler (s. v. *Ἀσκώνδας*) stirpem refert ad *ἀσκός* (culeus), Bechtel (FB p. 126) ad radicem *wunsc*, non tamen sine dubitatione. Neque discernere licet, utrum ille *ἀσκός* spectet ad Liberi patris cultum[2]) an ad conviviorum suppellectilem domesticam (v. quid de *θοίνη* sim. dixerim infra p. 25).

1) cf. quod Dittenberger annotaverit ad hunc titulum in IG VII.

2) cogitare possimus de ascoliasmo bacchico, v. Pauly-Wiss. II 1698.

14. *Ϝεργ-, Ϝεργο-, -Ϝεργος, -Ϝοργος*

maxime a Boeotis e. v. adhibita esse videtur.

Ϝεργ-αένετος Tanagraeus (585 III, 5)

αε et *οε* Boeoti usurpabant pro *αι* et *οι*, cf. *Ἀβαεόδωρος, Μοέριχος*.

Ϝεργό-νικος Hyettius (2818, 16)

Καπίων Ϝεργο-φίλιος Copaeus (2782, 3)

Ἐργο-τέλεις Boetus (2006)

Ϝεργοτίων Acraeph. (2776)

Ϝέργων Thesp. (1888 d, 6)

Ϝέργων Hyett. (2820, 9)

Ϝέργων Ϝεργονίκω Hyett. (2818, 16)

num alter ab altero diversus fuerit, nescimus.

Ἐργέας Oropius? (397)

Ἐργασίων Tanagr. (969)

Εὔ-εργος ἄρχων Βοιωτῶν (237)

Ἐπίξενος Εὐ-εργίχιος Thesp. (1751, 7)

[Εὐέ]ργης? Chaeronensis (3383)

Θεό-Ϝεργος Thesp. (1739, 4)

Κλεί-εργος Thesp. (1875)

Ὀνατορίδας Μνασι-όργιος Tanagr. (538, 11)

In Attica quoque haec nomina crebra erant. Praeterea memoranda sunt:

Ἐργασίων Delphus (CB no. 2011, 3)

Ἐργο-κλῆς Χαλκιδεύς (IG VII no. 237)

Ἐργό-κριτος Eretriensis (*Ἐφ. ἀρχ.* 1887. 87 II, 70)

Ἐργό-θεμις, *Ἐργό-ξεινος*, *Ἔργαστος* } Styrenses (IGA no. 372)

15. *ΘαϜησ-, Θαυμα-, Θαυμασι-*

Nomina ducta ab his stirpibus apud Aeoles, praecipue Thessalos Boeotosque, saepius inveniuntur, apud ceteros paene desiderantur.

Θαεισύλα Larisaea (CB no. 1316; cf. FB p. 139)
Παν-θαεῖτα Laris. (CB no. 1298)
ΘαϜήσ-ανδρος Cyprius (Hoffmann, *Griech. Dial.* I, 93 no. 210)
Θαυμ-άρειτος Crannonius (Ἐφ. ἀρχ. 1900, 54)
Θαυμίας Larisaeus (Ἐφ. ἀρχ. 1905, 190)
Θαυμασί-λα Atracia (CB no. 1325)
Θαυμάστας Γουρτούνιος (ib. 345, 87)
Θαυμ-αρέτα (IG XI 1 no. 338)
cuius sepulcrum etsi in Locris invenit Cyriacus Anconitanus, tamen Thessalam eam fuisse existimaverim collatis ceteris huius generis nominibus.
Θαῦμις Boeotus (4128, 2)
Θαυμινίας Hyett. (2816)
Θαυμάστα Boeota (3328)
Θώμων Thesp. (1752, 18).

16. *Θοιν-*, *Θοινο-*, *-θοινος*

Stirps a Boeotis e. v. usurpata.

Boeotorum noti sunt sunt viginti, quorum nomina incipiunt a *Θοιν-* vel *Θοινο-*; quos enumerare longum est.

In vicinis terris haec nomina rarius occurrunt:
Θοῖνος Ἀγκυλῆθεν (IG II no. 465 I, 80)
Θοινίας Sicyonius (Löwy, *Inschriften griech. Künstler* no. 120 a)
Θοινίας Phocensis (CB no. 1523, 15)
Θοινίων Delphus (ib. 2502, 130)
Θοίνων Syracusanus (Plut. Pyrrh. 23)
Syracusas hoc nomen eodem modo potuit perferri ac nomen *Ἀείμνηστος* Hennam (cf. p. 14).

E nominibus quae desinunt in *-θοινος* haec reperiuntur in Boeotia:

Ἀριστό-θοενος, *Δαμο-θοινίς*, *Εὔ-θοινος* (4×), *Κλε-Ϝέ-θοινος*, *Μενέ-θοινος*[1]), *Μνασί-θοινος Πλαταιεύς* (BCH XXIV 464).

Athenienses *Εὔθοινοι* noti sunt decem. accedunt:
Εὔθοινος Εὐθοινο-κλέους Seriphius (IG XII 5 no. 514)
Δαμό-θοινος Halius (BCH XI 336)
Halus oppidum erat Achaeorum Phthioticorum.
Δαμό-θοινος Matropolites (CIG no. 1936)
Βού-θοινος Pharsalius (CB no. 326 III, 30)
Κλεό-θοινος Phars. (ib. III, 29).

Stirpis huius patriam esse Boeotiam nominum Boeoticorum copia et varietas docent. Utrum *θοίνη* dapis sacrae sententiam exhibeat necne non constat. Cf. quae dixi de stirpe *δαιτ-* (supra p. 18).

17. *Ἰθ-*, *Ἰθυ-*

Nomina ab hac radice deducta nisi Boeotis et Ionibus non indita sunt. Quod iam cognovit Bechtel (FB p. 150), qui ipse quoque nomina enumeravit fontesque ubi reperiunter indicavit.

18. *-κηπος*

stirps nisi a Boeotis vicinisque non usurpata.
Καπίων Thebanus (2420)
Καπίων Copaeus (2795)
Καπίων Καπίωνος Hyett. (2821)
Καπίων Ὀφελείμου Hyett. (2819)
Καπίων Τίμωνος Hyett. (2819)
Καπίων Δίωνος }
Καπίων Λευκοδώρου } Acraephienses (4157)
Καπίων Μνασικλεῖος }

---

1) horum locos attulit Bechtel (FB p. 147).

Κᾶπος Thesp. (1888)
Κάπων Thesp. (3196)
Κάπων Lebad. (3054)
Κάπων Orchom. (3179)
Κάπων Thisbensis (3179)
Κάπισος Megar. (30)
Κάπιλλος Ληρουμνεύς (3147)
Larymna, Boeotorum sermone *Λήρουμνα*, oppidum erat Locrorum Opuntiorum.
Κῆπις Adimanti Atheniensis pater (Plat. Protag. 315 e)
Κηπίων Eretriensis (*Ἐφ. ἀρχ.* 1887, 90 III, 42)

Haec nomina quin e Boeotia Athenas et Eretriam venerint, dubitari non potest.

19. *Κοθ-*

Stirps nisi a Boeotis et colonis vicinisque non usurpata.

Nominibus quae contulit Bechtel (FB p. 171) addo:
Κόθων Στειριεύς (*Ἐφ. ἀρχ.* 1907, 25).

Significatio est obscura. Cogitare licet de vocibus *κόθορνος*, *κόθουρος*, *Κοθωκίδαι* (pagus est Atheniensium), *Κόθος* (conditor Cerinthi urbis Euboicae); quorum nominum origo adhuc non reperta est. Cothonis nomen Caricum esse iudicat A. Fick (*Vorgriechische Ortsnamen*, Gott. 1905, p. 70).

20. *-μάρης*, *-μαρος*

Talia nomina perfrequentia erant in Boeotia, maxime Thespiis. Quae FB (p. 196) referunt ad vocem *εὐμαρής* (habilis).

Εὐ-μάρης Acraeph. (BCH XXII 244)
Εὐ-μαρείδας Thesp. (1742)
Εὐ-μαρείδας Thesp. alter quidam (ib.)
Εὐ-μαρείδης Boeotus (1592)

Εὐ-μαρίδας Boeotus (2819)
Εὐ-μαρίδας Thesp. (1752)
Εὐ-μαρίδας Theb. (2407)
Εὐ-μαρίδας Chaeronensis (3351)
Εὐ-μαρίχα Boeota (1001)
Εὐ-μάριχος Thesp. (1888)
Εὐ-μάρων Ἀθηναίου Thesp. (1777)
Εὐ-μάρων Ἀλεξάνδρου Thesp. (1773)
Εὐ-μάρων Thesp. al. qu. (1777)
Εὐ-μάρων Theb. (2445)
Εὐ-μάρων Tanagr. (290).

21. *Μηλο-*, *-μηλος*

Nomina talia pueris imprimis imponebant Boeoti, quamquam apud ceteros quoque non desiderantur.

Haec nomina exhibent lapides Boeotici:

Μειλό-τιμος, *Μηλίας*,[1]) *Εὔ-μειλος* (17 ×), *Εὐρύ-μειλος*, *Καλλί-μηλος*, *Κλί-μειλος* (2 ×), *Μνασί-μειλος* (2 ×), *Πισί-μειλος*, *Πολύ-μειλος*, *Σαύ-μειλος* (i. e. *Σώ-μηλος* vel *Σαό-μειλος*, cf. *Φαυλλίχα* sim. pro *Φαολλίχα*, 3 ×), *Φιδό-μειλος*, *Φιλό-μειλος* (15 ×).

Praeterea notus est *Ἐπι-μηλίδας* Coronensis, qui Coronen oppidum Messeniacum condidit (Paus. IV 34, 5); cuius nomen desideratur apud FB.

22. *Μνησ-*, *Μνησι-*, *-μνηστος*, *Μνηστο-*

Nomina ducta ab his stirpibus usitatissima erant apud quosvis Graecos; prae reliquis autem praestabant Boeoti et vicinae gentes: Megarenses, Athenienses, insulani Ionici, Phocenses, Locri. Boeoti

1) nomen hoc potius ad pecus quam ad illum arboris fructum refertur, quia nomina ad fructus spectantia omnino rarissima erant apud Graecos.

et Megarenses titulis nominantur non minus 180; Athenienses Kirchneri PA exhibet circiter 160 (no. 10231—10394); Delphica nomina exstant 25 fere. Contra Rhodii noti sunt non plus 20, Theraei e. v. 12, Lacedaemonii 2, Lesbii 2. Ceterarum regionum nomina similia quod computare nequivi, doleo.

23. *Πλουτ-*, *Πλουτο-*, *-πλουτος*

a Boeotis imprimis usurpabantur.

Πλουτ-άρχη Boeota (2618)
Πλουτ-αρχίδης Oropius (343)
Πλούτ-αρχος Acraeph. (BCH XXIII 201)
Πλούτ-αρχος Chaeronensis scriptor celeberrimus, quem addo, licet altero p. Chr. n. saeculo vixerit.
Πλούτ-αρχος Orchom. (3227)
Πλουτίας Thesp. (1752)
Πλουτῖνος Tanagr. (513)
Πλουτίς Boeota (1336)

In terris vicinis haec nomina repperi:

Πλούτ-αρχος Megarensis (94)
Πλουτ-άρχη Phocensis (CIG no. 1738)
Δικαιο-πλούτα Phthiotis (CB no. 1461 II)
Πλούτ-αρχος Chalcidensis (BCH XVI 117)
Πλούτ-αρχος Eretriae tyrannus (Aeschin. III 86)

Athenis 5 vel 6 nomina exstant, perpauca in reliquis civitatibus.

24. *Ποιμ-*, *-ποίμην*

Nomina huius stirpis apud Aeoles solos fere inveniuntur.

Ποιμ-άνωρ Boeotus (2319)
Ποιμ-ανορίδας Thisbensis (2245)
Ποιμένα Boeota (2320)

Ποίμ-ανδρος[1] *Γρυγχεύς* (Ἐφ. ἀρχ. 1895, 137, 145)
Γρύγχος vel *Γρύγχη* pagus erat Eretriensium; illi in Boeotia an in Euboea habitaverint, nescio; etenim Oropii quoque ea aetate, qua hic nominum catalogus exaratus est, Eretriensibus parebant.
Φιλο-ποίμην Megalopolites praetor celeberrimus.
Φιλο-ποίμην *Ἀδραμυττηνός* (IG II no. 470, 110)
Ποίμ-ανδρος ὁ Μάλλιος (Anthol. VII, 171)
Mallus oppidum erat Ciliciae adversus Cyprum insulam situm. Cyprii autem erant Aeoles (v. p. 16).

Unicus praeterea notus est

Ποίμ-αρχος Trozenius (IG IV no. 757 A).

25. *Πυρ-*, *Πυρο-*, *Πυρι-*; *Πυρρ-*, *Πυρρο-*, *Πυρρι-*

Nomina quae sic ineunt maxime crebra erant in Boeotia; exstant enim ibi non minus 40; Attica praebet 33, Argolis 10, Sparta, Rhodus, Thera singula nomina; Lesbi atque Co in insulis has stirpes frustra quaeris.

Hasmet investigavi nominum stirpes, quas Boeoti imprimis usurpasse videntur. E quibus nonnullas ut *-Ϝάσκης* et *κοθ-* satis certe interpretari non possumus; stirps *δίκαιο-* num Boeotis prae ceteris vindicanda sit, in medio relinquendum est, itemque incertum, utrum stirpes *ἀρτυ-* et *ἰθυ-* prius apud Boeotos an apud Iones ortae sint. Aliae quaedam, ut *-βώτης*, *θαυμα-*, *ποιμ-* Boeotis communia erant cum Thessalis et Arcadibus et Cypriis, aliae, *ἀργι-* dico, *δασυ-*, *Ϝαρυο-* praeter Boeotos Thessali soli adhibuisse videntur. Has igitur stirpes omnino Aeolicas fuisse existimare

1) *mythischen Ursprungs* Bechtel (FB p. 236).

licet. Ac iam vides tria ex hoc numero, *-βώτης*, *ϝάρνο-*, *ποιμ-*, ad vitam agrestem pertinere. De radicum *ἀργι-*, *δασυ-*, *θαυμα-* notione verba facere non audeo; etenim nimis pauca exstant nomina.

Iam perlustremus reliqua nomina, quae in Boeotia cum coloniis et vicinis terris frequentia fuisse intelleximus, ac videamus, num quid nos doceant de Boeotorum indole studiis moribus. Nomina ducta a radice *μηλο-* iam refers inter Aeolicas illas stirpes, quae pertinent ad vitam rusticam, neque aliter iudicabis de stirpe *-κηπος*. Nomina derivata a vocibus *δαίς* et *θοίνη* si non certe, tamen magna cum probabilitate ad cenas pertinere censebis. Quaecumque nomina exhibent stirpes *ϝεργο-* et *-μάρης* Boeotos a labore non alienos fuisse ostendunt; quaequae praebent vocem *πλοῦτος*, divitias eos non aspernatos esse docent. Quidnam indicetur nominibus in *-άγγελος* desinentibus, in propatulo est: *Εὐάγγελος* enim est, qui bonos affert nuntios, *Πυθάγγελος*, qui legatus mittitur Delphos; cetera nomina huius stirpis similiter interpretari licet. Diuturnam autem memoriam nomina composita cum *ἀει-* et *μνησι-* exoptant. Andronymica deducta a stirpibus *πυρ-* et *πυρρ-* ad faciem puerorum spectabant; voce *-γείτων* adhibita bonos vicinos Boeoti optabant (v. supra p. 17); denique quod attinet ad nomina derivata a stirpe *ἀμείνων*, de significatione non disseruerim, monendum tamen est ceteros Graecos vocem *ἄριστος* multo anteposuisse voci *ἀμείνων*.

Videmus igitur his nominibus plerisque Boeotos non modice rebus quas praebet vita cotidiana studuisse. Cumque plurima nomina Graecorum propria optatura essent bona ingenii gloriae fortitudinis,[1]) Boeoti sibi

1) cf. FB. p. 13.

cupiebant felicitatem agrorum, prosperitatem pecoris, lautitias cenarum, bonos nuntios bonosque vicinos.

Sed iam quaeramus, an Boeotorum theophoris nominibus haec quam modo cognovimus res confirmetur.

CAPVT ALTERVM

De nominibus theophoris

De nominibus theophoris non eadem ratione agere possum, quam in prioribus secutus sum; nam si certa de hoc nominum genere intellegere volumus, tota theophororum silva perlustranda est non modo Boeoticorum sed Graecorum quaecumque exstant. Horum de omnibus quaerendum nobis est, quomodo composita et quando orta sint. Unde sequitur bipertitam inquisitionem esse instituendam. Itaque priore loco catalogum composui, quo cuncta deorum vel dearum nomina afferuntur quotquot a Graecis ad formanda theophora usurpata sunt. Quorum quaecumque in Boeotia et Megaride reperta sunt, simplici stella (*), quae in Boeotia praecipue usitata fuisse atque inde in vicinas terras translata esse videntur,[1]) duplici stella (* *) instructa sunt. Deorum et dearum nominibus subieci ea tantum nomina derivata, quae in Boeotia et Megaride occurrunt. Nomina plena a decurtatis nominibus lineolis distinxi. Fontes autem eorum tantum attuli nominum, quae desiderantur apud FB.

1) Perpauca intra Boeotiae fines omnino manserunt: *Ἀβαῖος*, *Ἀργύννιον*, *Θεσπιαί*, perpauca inter Megaridis fines: *Λεύκιππος* et *Μελάμπους*. Vide, quid de nominum migratione dixerim supra p. 8.

Sed praemoneamus necesse est negotium esse difficillimum nomina quae vere theophora sint, certe distinguere a nominibus non theophoris. Itaque rem ita institui, ut reciperem omnia divina nomina, quae ad formanda nomina plena aut decurtata adhibita sunt, atque ea hominum nomina, quae ex illis derivata sunt suffixo -ιος addito; ea dico andronymica quae Fick et Bechtel vocant *Widmungsnamen* velut Ἀπολλώνιος, Διονύσιος. Semovi autem et nomina deorum barbarorum (Ἀδρανός, Ἄμμων al.) et nomina terrarum montium fluminum, quae nulla facta mutatione dabantur (Φρυγία, Τμῶλος al.). Omisi praeterea nomina deis similia (Θεσσαλονίκη, Ἰσθμόνικος al.) et quae festos dies mensesque indicant (Ἀνθεστήρια, Ἀπατούρια al.). Porro exclusa sunt exceptis perpaucis ea nomina, quae ante Caesarum aetatem non adhibita sunt et ea, quae praeter servos nemini dabantur.

** Ἀβαῖος (cognomen Apollinis Abis in Phocide culti) Ἀβαεό-δωρος. Ἀβαιό-κριτος. — Ἀβηῖχα (724).

* Ἀθηνᾶ

Ἀθαν-ίκκει (cf. FB p. 46). Ἀθάν-ιππος. Ἀθανο-γίτων. Ἀθανό-δοτος. Ἀθανό-δωρος. Ἀθανό-κριτος. — Ἀθανάδας. Ἀθανίας. Ἄθανις. Ἀθάνιχος. Ἀθανίων. Ἀθάνων. Ἀθηναΐς.

Αἴας

* Ἀπόλλων

Ἀπολλό-δοτος. Ἀπολλό-δωρος. Ἀπολλο-φάνης. — Ἀπολλώνιος. Ἀπολλώνιχος. Ἀπολλώ. — Ἀπελλᾶς. Ἀπελλέας.

** Ἀργύννιον (sacellum Veneris prope Thespias situm; cf. FB p. 303).

Ἀργουνίων.

* Ἄρτεμις

Ἀρταμί-δωρος. Ἀρτεμο-κλία. — Ἄρταμις. Ἀρταμισία. Ἀρτάμων. Ἀρτέμεις.

* Ἀσκληπιός

Ἀσκλαπιό-δωρος. — Ἀσκλαπιάδας. Ἀσκλάπιχος. Ἀσκλαπίων. Ἀσκλάπων.

* Ἄρης

Ἀρέας Megarensis (188)?

** Ἀσωπός

Ἀσωπό-δωρος. Ἀσωπο-κλῆς. Ἀσωπό-κριτος. Ἀσωπό-λαος. — Ἄσωπος. Ἀσώπιχος. Ἀσώπων.

* Ἀφροδίτη

Ἀφροδᾶς. Ἀφροδίσιος. Ἀφρόδιτος. — Ἐπαφρᾶς. Ἐπ-αφρίων. Ἐπ-αφροδίσιος. Ἐπ-αφρόδιτος.

* Ἀχελώιος

Ἀχελοιό-δωρος Megar. — Ἀχέλων (Thebanus; IG VII no. 2724 c).

Haec nomina fortasse pertinent ad vocem ἀχελῶος (flumen); cf. Macrob. sat. V 18, 4—11, v. Pauly-Wissowa I 214.

* Βρῆσα (promunturium Lesbiacum)

Βρεισάδας.

* Βάκχος

Βάκχιος. Βάκχις. Βακχίς. Βακχυλίδας. Βάκχων.

** Δῆλος, Δήλιος (i. e. Ἀπόλλων)

Δαλ-ικκώ. Δαλ-όπτιχος Βυζάντιος.[1] Δαλό-ξενος. Δαλιό-δωρος. Δαλιο-κλῆς Lesbius. Δαλιό-μνηστος. — Δαλιάδας. Δάλιχος. Δαλίων.

Fortasse tamen horum nominum pars quaedam ad δῆλος et ζῆλος referenda est; cf. FB p. 94.

* Δημήτηρ

---

1) hoc nomen fortasse est Thracicum, v. Kazarow, *Arch. Rel. Wiss.* 1908, 409 sqq.

Δαματρο-γίτων. — Δαματρῖνος (3173). Δαμάτριος. Δαμάτριχος.

* Δίδυμα (oraculum Apollinis prope Miletum in Asia situm)

Διδύμμει. Διδύμμεις (2716). [Δι]δύμ[μ]ιος (1751, 8).

Sed etiam Latinorum gemellus his nominibus significari potuit.

** Διθύραμβος

Διθύραμβος Θεσπιεύς (Her. 7, 227).

* Δί

Διο-γείτων, Διό-γειτος. Διο-γένης. Διό-γνειτος. Διό-δοτος, Διό-ζοτος (i. e. Διός-δοτος). Διό-δωρος. Διο-κλέας, Διο-κλῆς. Διό-κριτος. Διο-μήδης. Διο-πίθεις. Διό-πομπος. Διό-τιμος. Διο-φάνης. Διό-φαντος. Διο-φίλα. Διο-χάρης. — Δῖος. Δίυλλος. Δίων.

* Διόνυσος

Διονυσό-δοτος Megar. Διονυσό-δωρος. Διονυσοφάεις. — Διονυσᾶς. Διονύσιος. Διονύσιχος.

* Διόσκορος

Διοσκορίδας. Διοσκορίς.

* Εἰρήνη

Εἰρανίων Megar. Ἰρανῆος (2786). Ἶρανις. Ἶρανος. Ἰράνιχος.

Neque tamen constat, num haec nomina omnia ad deam Pacem referenda sint.

Ἑκάτη

* Ἑρμῆς (aut Ἕρμος)

Ἑρμα-γένεις. Ἑρμ-αγόρας Megar. Ἑρμα-ικέτας. Ἑρμά-φιλος Megar. Ἑρμο-γένης. Ἑρμό-δωρος. Ἑρμο-κράτης. Ἑρμό-ξενος. Ἑρμό-στροτος. — Ἑρμαῖος. Ἑρμάϊσκος. Ἑρμάϊχος. Ἑρμαιώνδας. Ἑρμείας. Ἑρμῆς. Ἑρμίας. Ἑρμ[ίου]λλ[ος]. Ἕρμων.

* Ἔρως

Ἐρωτό-μαχος. — Ἐρότεως. Ἐροτίων. Ἐροττίς. Ἐρωτίς.

De Amore idem valet quod de Pace.

** Εὔτρητις (vicus erat prope Thespias situs ubi Apollo Εὐτρητίτης colebatur, v. Steph. Byz.)

Εὐτρειτί-φαντος.

** Εὐώνυμος (deus habebatur teste Stephano Byz.)

Εὐωνυμό-δωρος. — Εὐωνυμίδας.

* Ϝάναξ

Ϝαναξί-δοτος. — Ϝαναξίων.

cetera huius stirpis nomina inter theophora referre non audeo.

* Ϝεστία

Ἑστιαῖος. Ϝιστίας, Ἱστίων. Εὐ-ίστιος (patron.).

* Ζήν

Ζηνό-δοτος. Ζηνᾶς Megar. Ζήνων (in lapide aetatis Christianae).

* Ἥλιος

Ἡλιό-δωρος.

* Ἥρα, Ἡραῖον

Εἱραιό-δωρος. Εἱρό-δαμος. Εἱρό-δοτος. Εἱρόδωρος. Ἡρά-κλειτος. Ἡρό-τιμος Megar. et Byzant. Ἡρό-φιλος. — Εἱραίς. Εἱραίων Byzant. Εἱρίας. Εἵριχος. Εἵρων. Εἱρώνιχος. Ἡρᾶς. Ἡραώνδας. Ἧρις. Ἡρίων.

* Ἡρακλῆς

Ἡρακλειό-δωρος. — Ἡρακλᾶς. Ἡρακλείδας. Ἡρακλέων. Ἡράκων.

* Ἥφαιστος

Ἁφηστό-δωρος. — Ἁφηστία. Ἁφηστίων.

Θάσος (genius insulae).

* Θέμις

Θεμιστο-κλῆς (Plataeensis). — Θεμιστίων. Θεμιστίς.

Vide, quid de Pace dea dixerim.

** Θεσπιαί (genius oppidi)
Θεισπίων Hyettius (2832, 4).[1]

** Θῆβαι (genius urbis)
Θηβ-άγγελος. Θηβα-γένης. Θειβαιό-φιλος. — Θειβάδας. Θείβιχος.

* Ἰατρός (heros, v. Usener *Götternamen* p. 149 sqq.)
Ἰατρο-κλῆς. — Ἰάτρων.

** Ἶρις
Ἶρις Plataeensis.

** Ἱσμεινός (fluvius Boeotiae)
Ἱσμειν-ικέτα. Ἱσμεινό-δωρος. Ἱσμεινο-κλῆς. Ἱσμεινο-τέλεις. — Ηισσμεινίας. Ἱσμείνιχος. Ἱσμεινώ (2025).

** Κάβειρος
Καβίριχος. [Κα]βιρεῖ[ν]ος (FB p. 301). Καβίριος?

Κάϊκος (fluvius Asiae Minoris).

** Καραιός (Ζεὺς παρὰ Βοιωτοῖς. Hesych.)
Καραιό-γειτος. — Καράϊχος. Καραΐων. Κάρων (cf. FB p. 159).

* Καρνεῖος (cognomen Apollinis)
Καρνεῖος Megar. (Ath. IV 156 e).

Κάϋστρος (fluvius Asiae Minoris).

** Κερησός (genius oppidi Thespiensis; cf. FB p. 160)
Κερεισό-δοτος. — Κερείσιχος.

** Κηφισός
Καφίσ-ανδρος. Καφισό-δοτος. Καφισό-δωρος. Καφισο-θράσεις. Καφισο-κλίδας. Καφισό-κριτος. Καφισό-τιμος, Καφισόττεις. Καφισο-φάων. — Καφισίας. Καφισῖνος, Καφισίς. Καφισίων. Καφίσσεις. Κάφων. Κηφίσιος.

---

1) nomina plena desiderantur, cf. FB p. 342. Nomen illud ad Θέσπις quoque referri potest.

* Κόρινθος (genius urbis Corinthi)
Κορινθώ fortasse huc referenda est (cf. FB p. 172).

Κρόνος

Κύπρος

Λέσβος

** Λεύκιππος (colebantur Thebis Zethus et Amphion ut λεύκω πώλω Διός, v. Eur. Ant. frg. C 54, Hermathena XVII 1891 p. 38 sqq.)
Λευκιππό-δωρος Megar.

Λητώ

Μαίανδρος (fluvius Asiae Minoris).

* Μάντις
Μαντι-θία. Μαντί-ξενος. — Μαντίας.

** Μελάμπους (Megarensium heros)[1]
Μελαμπό-δωρος Megar.

* Μήτηρ
Ματρό-δωρος. Ματρο-κλῆς. Ματρό-ξενος. — Ματρέας. Μᾶτρις Megar. Μάτρων. Μητρᾶς.

* Μοῖρα
Μοιρ-αγόρας. — Μοίριχος.

* Μοῦσα
Μουσαῖος Megar. Μουσᾶς.

* Νέστος (fluvius Thraciae)
Νεστίδα in lapide Boeotico (4209).

* Νύμφη
Νυμφι . . . . . . (2425 a). Νυμφό-δωρος. — Νυμφαῖος. Νύμφων.

** Ὀγχηστός (nemus Neptuno sacrum)
Ὀγχειστό-δωρος. — Ὀγχειστίων.

* Ὄλυμπος (vel Ὀλύμπιος e Iovis cognomine)
Ὀλυμπιό-δωρος. — Ὀλυμπίας. Ὀλύμπιχος. Ὀλουπίων.

---

1) cf. Pfister *die mythische Königsliste von Megara.* diss. Heidelb. 1907 p. 16.

** Ὁμολώιος (Apollo Homola in monte cultus)
Ὁμολωϊό-δωρος. — Ομολώϊχος, Ὁμολωΐων.
* Παιών
Παιάνιχος Megar.
* Παρθένος
Παρθενο-κλῆς. — Παρθένιος.
* Πατήρ
Πατρο-κλῆς, Πατρο-κλᾶς. — Πατρέας. Πάτρων.
* Πέλοψ (Olympiae colebatur)
Πελοπίδας.
* Πετραῖος (Ζεύς apud Thessalos)
Πετρῆος.
** Πηγή (fortasse erat dea; cf. infra Ποταμός)
Πάγων.
** Πλοῦτος
Nomina huius stirpis supra p. 28 collecta sunt; num theophora sint, item dubium est atque in nominibus ab εἰρήνη deductis.
* Ποσειδών
Ποσείδ-ιππος. — Ποσειδέας. Ποτίδαος Megar. Ποτιδάϊχος. Ποτιδᾶς.
** Ποταμός (cf. Πηγή)
Ποταμό-δωρος. — Ποτάμμης. Πόταμος. Ποτάμων.
** Πτώϊος (cognomen Apollinis)
Πτωϊό-δωρος. Πτωϊο-κλεῖς. Πτωϊό-τιμος. — Πτωΐλλει. Πτωΐς. Πτώϊος. Πτωΐων.
Πυθώ, Πύθιος (cognomen Apollinis)
Πουθ-άγγελος. Πουθ-αγόρας. Πουθο-γένεις. Πουθο-γίτα. Πουθό-δοτος. Πουθό-δωρος. Πουθο-κλεῖς. Πυθώναξ. — Πουθέας. Πουθίας. Πουθίνας. Πουθίς. Πούθιχος. Πουθίων. Πούθων.
Non omnis abest suspicio recedere nonnulla horum nominum ad radicem πυθ- (πυνθάνομαι).

* Ῥόδος (genius insulae)
Ροδο-κλῆς (Lebadenses tres). — Ρόδων.
Fortasse ad rosam florem referenda sunt haec nomina.
* Σάτυρυς
Σάτυρος. Σατουρίων.
Σκάμανδρος
* Σάμος (insulae genius)
Σαμο-κλῆς.
Rectius fortasse ad stirpem σημο- refertur (FB p. 248).
* Σειληνός
Σιλανός. Σιλανίων Megar.
* Σκῦρος (insulae genius)
Σκύρων.
Στρύμων (fluvius Thraciae).
* Τιτάν
Τίταν Megar.
* Τίτυρος
Τίτουρος.
* Τύχη
Τυχ-αρώ. Τύχων.
** Ὕπατος
Ὑπατό-δωρος. — Ὑπάτης. Ὑπατίας. Ὕπατος.
Φοῖβος
Ὥρα
* Ὠρωπός (genius loci)
Ὠρωπό-δωρος.

Enumeravi 89 deorum nomina, e quibus a Boeotis adhibita fuisse vides 75. Iam si quaeritur, num apud ceteros Graecos pauciora occurrant, respondeatur in Attica me ex illis 89 nominibus 46 vel 48 (nam quaedam nomina non sine dubio Atticae terrae

tribuuntur) usurpata repperisse; quo in numero etiam consideretur Atticorum nominum duplicem numerum superesse. Rhodi e magna illa copia nominum divinorum 32 ad imponenda theophora adhibita sunt, Spartae 10 vel 11. Quae cum ita sint, theophora Boeotica quanta fuerint varietate et quam valde in deliciis, pernoscitur. Quodsi ille nominum index accuratius perlustratur, tria eorum genera reperiuntur. Alia enim a nominibus deorum et dearum ipsis *(Ἀπόλλων, Ποσειδών)*, alia a nominibus fluminum locorumque divinis honoribus cultorum *(Κηφισός, Ὀγχηστός)*, alia a deorum cognominibus *(Ἀβαῖος, Πτώιος)* pendent. Haec tria genera etiam apud Boeotos omnia occurrunt. Pleraque enim deorum et dearum nomina, quae a Graecis usurpata sunt, in nominibus Boeotorum quoque propriis reperiuntur neque plus sex e toto numero desiderantur: *Αἴας, Ἑκάτη, Κρόνος, Λητώ, Φοῖβος, Ὥρα.* Ab Aiace Athenis aliquot nomina ducebantur, ad Saturnum et Horam alibi singula pertinent nomina, a Latona sex fere nomina Asiana pendent, ad Phoebum[1]) sex nomina Laconica et Theraea pertinent; Triviae solius nomen saepius occurrit, maxime in Asia Minore. Hominum appellationes a fluminum locorumque

---

1) Quoniam nomina ducta a *Φοιβο-* nisi Spartae et Therae non reperta sunt, dubitatio movetur, utrum theophora sint necne. Laconia enim ex omnibus terris Graecis maxime carebat theophoris (cf. infra p. 50), quare verisimile mihi non videtur hanc terram nomina nova tulisse, quae ceterae non adhibebant; accedit, quod suffixae stirpes *-δοτος* et *-δωρος*, quae cum omnibus fere nominibus divinis coniuncta occurrunt, cum nomine Phoebi coniuncta non exstant. Hi sunt noti Lacedaemonii: *Φοιβίδας* (Xen. Hell. V 2, 24), *Φοιβίδας* alter quidam (CB no. 4446), *Φοῖβις* (Plut. Cleom. 8), *Φοιβίων* (BCH I 386); praeter eos Theraei *Φοιβο-σθένης* (IG XII 3 no. 327, 106) et *Φοιβο-τέλης* (ib. 330). Quare ego haec nomina rettulerim ad vocem *φοῖβος* i. e. splendidus; cf. nomina *Ἀγλαο-σθένης* et *Ἀγλαο-τέλης*.

nominibus formatae in Boeotia percrebrae erant;[1]) desiderantur tamen ibi nomina eorum fluviorum et insularum, quae ad alias regiones pertinebant velut *Μαίανδρος, Λέσβος;* sed talia quoque nomina Boeotos imponere non dubitasse docent theophora velut *Βρεισάδας, Ῥοδοκλῆς.*

Deorum cognomina quotquot exstant in Boeotia occurrunt ad unum omnia; ne ea quidem, quae a Thessalis et a Doribus usurpabantur *(Πετραῖος, Καρνεῖος)* in Boeotia desiderantur: unus notus est *Πετρῆος* Orchomenius (IG VII no. 3180), unus *Καρνεῖος* Megarensis (cf. supra p. 36). Quorum quae attulimus generum accuratius tractemus necesse est theophora ad amnes et locos spectantia. Quibus perlectis si quaeritur, quot in Boeotia, quot in ceteris civitatibus adhibita fuerint, a Boeotis ceterorum non modo singulos, sed etiam universos superari intellegitur. Nam quaecumque desiderantur in Boeotia nomina, dispersa sunt per totam fere Graeciam, cum haec exstent in Thracia, haec in Asia Minore, haec Cypro in insula. Una tamen est regio, quae his theophoris magis quam ceterae abundet: Aeoliam dico Asianam cum insulis Lesbo et Tenedo. Hic theophora formata sunt a nominibus *Βρῆσα, Κάϊκος, Κάϋστρος, Λέσβος, Ποταμός, Σκάμανδρος.* Aeoles igitur tot praebent fluminum locorumque nomina, ut nisi a Boeotis a nemine vincantur. Cumque Boeoti ipsi fuerint Aeolicae gentis, proxima est coniectura morem eum fuisse Aeolicum. At videamus, num nominibus Thessalorum, quippe qui et ipsi Aeoles fuerint, haec opinio confirmetur. Sed quamvis multa Thessalorum nomina

---

1) Idem auditoribus enarravit iam Gu. Schulze aestate anni 1895 Marpurgi; eius scholae commentarios L. Deubner vir doctissimus benigne mihi concessit.

supersint, tamen ne unum quidem huiusce modi nomen inveniri potest. Itaque consuetudo illa non fuisse videtur Aeolica. Iam sumere possumus fluviorum quidem nomina in Boeotia et in Aeolide propterea adeo floruisse, quod amnibus abundaverint hae terrae. Si vero perlustrantur Thessalorum, Acarnanum, Eleorum nomina, nemo exstat apud eos *Πηνειόδοτος*, nemo *Ἀχελωΐων*,[1]) nemo *Ἀλφειοκλῆς*; atqui magni erant fluvii Peneus Achelous Alpheus Boeoticisque illis amnibus nequaquam inferiores. Tamen casui tribuendum esse, quod utraque gens theophora talia tam dilexerit, minime videtur. Immo quaeramus, qualisnam Aeolum Asianorum cum Boeotis necessitudo fuerit. Nec desiderantur veterum de hac re testimonia. Thucydides (III 2) haec dicit de Tenediis et Lesbiis: *Τενέδιοι γὰρ . . . . καὶ Μηθυμναῖοι καὶ Μυτιληναίων ἄνδρες μηνυταὶ γίγνονται τοῖς Ἀθηναίοις, ὅτι συνοικίζουσί τε τὴν Λέσβον ἐς τὴν Μυτιλήνην βίᾳ καὶ τὴν παρασκευὴν ἅπασαν μετὰ Λακεδαιμονίων καὶ Βοιωτῶν ξυγγενῶν ὄντων ἐπὶ ἀποστάσει ἐπείγονται.* Strabonem quoque (IX 402) audiamus: *Μετὰ δὲ ταῦτα τὴν Αἰολικὴν ἀποικίαν συνέπραξαν τοῖς περὶ Πενθίλον, πλείστους ἐξ ἑαυτῶν συμπέμψαντες, ὥςτε καὶ Βοιωτικὴν προςαγορευθῆναι.*[2]) Itaque quia Aeoles Thessalorum et Boeotorum erant coloni, factum est, ut theophora ad amnes locosque spectantia apud eos tam usitata fuerint. Quare hoc quoque sumere licet theophora haec in Boeotia maxime florentia a colonis in Asiam esse translata. Quod autem alia in Boeotia, alia ab Aeolibus usurpabantur nomina, eo explicatur, quod alii alibi fluebant amnes.

1) ab Acheloi nomine theophora tamen ducta sunt; sed occurrunt haec in Boeotia et Megaride (cf. supra p. 33), Sami et Perinthi (cf. FB p. 77).

2) cf. Busolt *Griech. Geschichte* I p. 220.

Quoniam theophora ad flumina locosque spectantia a Boeotis eorumque colonis imprimis adhibita fuisse cognovimus, quaeramus necesse est, cur Boeoti ipsi prae ceteris Graecis haec nomina tam facile imposuerint. Iam reminiscamur nominum profanorum, quorum stirpes ad vitam cotidianam pertinentes Boeotis aliter atque ceteris Graecis valde adamata fuisse vidimus. Neque alia mihi theophororum illorum indoles esse videtur. Fluvii enim locaque erant in omnium conspectu; fluviorum beneficiis et oppidorum securitate cotidie fruebantur, cum caelestes dei mentibus tantum elatioribus obversarentur. Itaque Boeoti, quo erant animo rudiorum gentium proxima quaeque appetente, fluminum locorumque nomina reliquis praeferebant.

Similiter, ut mihi videtur, iudicandum est de theophoris a deorum cognominibus derivatis. Velut cognominibus *Ἀβαῖος*, *Ὁμολώιος*, *Πτώιος* ad Apollinem spectantibus ipsa quoque loca indicantur. Abae est oppidum vetustissimum, Homola et Ptoium montes sunt. Itaque etiam tum, cum deos humana specie ornatos adorabant, simul et oppida montesque venerabantur.

Neque praeterierim nomina kalendaria, ut ita dicam, quae quodammodo theophoris attribui possunt, hoc est nomina quibus indicatur, quo quisque die vel quo mense natus fuerit, velut *Τρίτος*, *Τέταρτος*; *Ἀπελλαῖος*, *Ἱπποδρόμιος*. De quibus andronymicis cum Bechtel (FB p. 295 sqq.) copiose egerit, affirmasse satis habeo haec nomina in Boeotia crebra fuisse. Exempla quaedam afferam: *Τρίτα* Thesp. (IG VII no. 2090), *Πετράτα* (i. e. *Τετάρτα*) Thesp. (ib. 2075), *Πετραδίων* Thesp. (ib. 1888), *Πεμπτίδας* Thebanus (Plut. amator. 12), *Τριακαδίων* Tanagr. (IG VII no. 2724c).

A mensibus[1]) nominantur: a Bucatio *Βουκάττεις*, *Βουκάττει* Orchom. (ib. 3176, 3180), *Βούκων* Theb. (ib. 2428), a Thyio *Θυίων* Orchom. (ib. 3181), a Prostaterio *Προστάτηρος* Orchom. (ib. 3224).

Restat, ut enumerem ea suffixa quae ad plena theophora formanda imprimis adhibebantur. Inter omnia tam saepe occurrunt *-δοτος* et *-δωρος*, ut eorum derivata habenda sint nomina in Boeotia usitatissima. Rariores neque tamen infrequentes voces sunt *-γείτων*, *-κλῆς*, *-κριτος*, *-τιμος*, quarum *-γείτων* et *κριτος* in aliis Graecorum gentibus haud saepe reperiuntur. E contrario voces *-αγόρας* et *-βιος* apud Iones tam usitatae apud Boeotos paene desiderantur; qui tamen a ceteris differebant suffixo *-ιχος* divinis quoque nominibus persaepe addito; v. infra p. 59.

Postquam tali modo de theophororum compositione egi, iam ad investigandam talium nominum aetatem accedo. Quam quaestionem incipiam ab enumerandis theophoris antiquissimis, ea dico quae ante annum fere 500 a. Chr. n. imposita esse videntur, quaecumque reperire potui. Singulis nominibus addidi patriam ac saeculum, cui vindicanda esse videntur; priore loco nomina posui a scriptoribus nobis tradita[2]).

Ἀθηναγόρας Ephesius (Suid. s. v. *Ἱππῶναξ*)	saec.	6
Ἀθηναγόρας Samius (Her. IX 90)	„	5 I
Ἀθηνάδης Trachinius (Her. VII 213)	„	5 I
**Ἄθηνις* Chius (Plin. nat. hist. XXXVI 11)	„	6

1) Boeotorum menses composuit Dittenberger IG VII p. 761.

2) compendiis usus sum hisce. Ath.: Athenaei Dipnosophistae. — D. L.: Diogenis Laertii vitae philosophorum. — Her.: Herodoti Historiae. — cel.: celeberrimus. — s. 5 I: vixit priore saeculo quinto. — Asteriscus nomini praepositus indicat nomen non sine ambiguitate inter theophora referri.

Ἀναξίμανδρος[1]) Milesius philos. cel.	saec.	6
Ἀπελλῆς Syracusanus (Diod. XI 88)	„	5 I
Ἀπολλόθεμις Ἀπολλωνιάτης (D. L. IX 9)	„	5 I
Ἀπολλοφάνης Abydenus (Her. VI 26)	„	6
Ἀρτεμισία Cariae regina (Her. VII 99)	„	5 I
Ἀρτέμων Abderites (D. L. IX 8, 1)[2])	„	5 I
Ἀρτέμων Teius (Ath. XII 533 c)	„	6-5
**Ἄρχερμος* Chius (Plin. nat. hist. XXXVI 11)	„	7-6
Ἀσώπιχος Orchomenius (Pind. Ol. 14)	„	5 I
Ἀσωπόδωρος Thebanus (Her. IX 69)	„	5 I
Βακχυλίδης Ceus poeta cel.	„	5 I
Βακχυλίδης Ceus athleta avus illius (Suid.)	„	6
Δημήτριος Chalcedonius (D. L. V 5, 11)	„	5
Διαγόρας Rhodius (Pind. Ol. 7)	„	5 I
Διθύραμβος Thespiensis (Her. VII 227)	„	5 I
Διόγνητος Crotoniates (Paus. X 5, 3)	„	6
Διόδοτος Thebanus (Pind. Isthm. 7, 44)	„	5
Διονύσιος Argivus (Paus. V 26, 3)	„	5
Διονύσιος Phocaeensis (Her. VI 11)	„	6-5
Διονυσοφάνης Ephesius (Her. IX 84)	„	5 I
Ἑκαταῖος Milesius (Her. II 143)	„	6-5
Ἑρμησίλαος Chius (Ath. XIII 604 f.)	„	5
**Ἕρμιππος* Atarnensis (Her. VI 4)	„	6-5
Ἑρμόβιος Colophonius (Ath. XIII 588 a)	„	7
Ἑρμοδάμας Samius (D. L. VIII 1, 2)	„	6
Ἑρμόλυκος Atheniensis (Her. IX 105)	„	5 I
Ἑρμότιμος Clazomenius (Porphyr. vita Pyth. § 45)	„	6
Ἑρμότιμος Halicarnassensis (Her. VIII 104)	„	5 I
Ἑρμότιμος Phocaeensis (Plut. Pericl. 24)	„	5
Ἑρμόφαντος Milesius (Her. V 99)	„	6

1) Hic index ea quoque theophora, quae ad barbaros deos spectant, exhibet.

2) *Πρωταγόρας Ἀρτέμωνος ἤ, ὡς Ἀπολλόδωρος καὶ Δείνων ἐν Περσικοῖς, Μαιανδρίου Ἀβδηρίτης.*

Ἑρμοχάρης Milesius vel Clazomenius (Steph. B. s. v. *Καρδία*) saec. 7
Ἕρμων Lemnius (Diod. X 48) „ 6
Ζήνων Eleates philos. cel. „ 5
Ἡρακίων Ephesius (D. L. IX 1, 1) „ 6
Ἡρακλείδης Cymaeus (Her. V 37) „ 6
Ἡρακλείδης Cymaeus alter quidam (Her. I 158) „ 6-5
Ἡρακλείδης Mylasensis (Her. V 121) „ 6-5
Ἡράκλειτος Ephesius philos. cel. „ 6-5
Ἡρόδοτος Abderites (Suid.) „ 5 I
Ἡρόδοτος Halicarnassensis scriptor cel. „ 5
Ἡρόδοτος Thebanus (Pind. Isthm. 1, 1) „ 5 I
Ἡρόδοτος Ionum legatus (Her. VIII 132) „ 5 I
Ἡρόδωρος Heracleotes Ponticus (Arist. hist. an. VI 5) „ 6
Ἡρόφαντος Parianus (Her. IV 138) „ 6
Ἡρόφυτος Samius (Plut. Cim. 9) „ 5
Ἡρώ Sestia illa, quam amabat Leander (Sapphonis fragm. 75) „ 7
* Θεμίστιος Aeginensis (Pind. Nem. 5, 91) „ 5
* Θεμιστοκλῆς Atheniensis ille cel. „ 5 I
* Θεμίσων Theraeus (Her. IV 154)[1] „ 8-7
Ἱστιαῖος Car (Her. V 37) „ 6-5
Ἱστιαῖος Milesius (Her. IV 137) „ 6-5
Ἱστιαῖος Samius (Her. VIII 85) „ 5 I
Καρνειάδης Cyrenaeus (Pind. Pyth. 9, 127) „ 6-5
Μαιάνδριος Abderites (cf. Ἀρτέμων) „ 5 I
Μαιάνδριος Samius (Her. III 123) „ 6-5
Μανδροκλῆς Samius (Her. IV 87) „ 6
Μητρόδωρος Lampsacenus (Plat. Ion. 530) „ 5
Μητρόδωρος Proconnesius (Her. IV 138) „ 6
Μητρότιμος Ephesius (Hippon. fr. 112) „ 6

---

1) Non dubium videtur, quin hoc nomen fictum sit; cf. Busolt *Griech. Gesch.* I p. 343.

Μίμνερμος Colophonius poeta cel. saec. 7
Ναννώ[1] Colophonia (Ath. XI 470 a) „ 7
Νυμφόδωρος Abderites (Her. VII 137) „ 6-5
Ὀλυμπιόδωρος Atheniensis (Her. IX 21) „ 5
Ὀλύμπιχος Thebanus (Scholia in Pind. Pyth. 3, 137) „ 5
Ποσειδώνιος Lacedaemonius (Her. IX 71) „ 5 I
* Πυθαγόρας Lacedaemonius (Dionys. Hal. II 58) „ 8
* Πυθαγόρας Milesius (Her. V 126) „ 5 I
* Πυθαγόρας Samius philos. cel. „ 6-5
* Πυθάρατος Messenius (Paus. IV 7, 4)[2] „ 7-6
* Πυθέας Abderites (Her. VII 137) „ 6-5
* Πυθέας Aeginetes (Her. VII 181) „ 5 I
* Πυθέας Aeginetes alter quidam? (Pind. Isthm. 4) „ 5
Πύθερμος Phocaeensis (Her. I 152) „ 6
Πύθερμος Teius (Ath. XIV 625 c) „ 6
* Πυθογένης Zanclaeus (Her. VI 23) „ 6
* Πυθοκλείδης Ceus (Plut. Alcib. 1 p. 118 c) „ 5
Πυθόμανδρος Teius (Anacr. fr. 60) „ 6-5
* Πυθῶναξ Cres (Suid. s. v. Θεανώ) „ 6
Σκαμανδρώνυμος Mytilenaeus (Suid. s. v. Σαπφώ) „ 7-6

Quibus enumeratis aggredior nomina theophora in titulis prodita. Quorum Roehlii corpus inscriptionum antiquissimarum (IGA) haec praebet:

no. 13:	Ἀπολλόδωρος Μεγαρεύς	saec. 5
	Διοκλείδας Μεγαρεύς	„ 5
no: 20, 38:	Ἀσωπόδωρος ἐμὲ ἀνέθηκε in lapide Corinthi invento	„ 7-6
no. 40:	* Ἀντιμοίρας Argivus	„ 5
no. 41:	Ἀθανόδωρος Ἀργεῖος	„ 5-4
	Ἀσωπόδωρος Ἀχαιός	„ 5-4

---

1) nomen spectat ad Nanam vel Nannam deam Phygiam.
2) nomen fictum esse videtur; cf. Bluemneri commentarium huic Pausaniae loco additum.

no. 105:	*Δίφιλος Ἀθηναῖος*[1])	saec. 5
no. 126:	*Δαλιόδωρος* Tanagraeus	„ 6-5
no. 137:	*Ἀθανογιτίς* Tanagraea	„ 5
no. 140:	*Ηερμίας* Tanagr.	„ 5
no. 141:	*Ἀθανόδωρος* Tanagr.	„ 5
no. 152:	*Ἀβαιόδωρος* Tanagr.	„ 5
no. 157:	51 exarata sunt Tanagraeorum nomina; e quibus 12 sunt theophora: *Μοέριχος, Διόπομπος, Δαλιάδας, Ἀβαεόδωρος, * Πυθάγγελος, Βακχυλίδας, Μάτρων, Ἀπολλόδωρος, Ἱστιαΐδας, Ἀφρόδιτος, Καφισοφάων, Ἀπολλόδωρος*	„ 5
no. 165:	*Ὑπατόδωρος Θηβαῖος*	„ 5
no. 189:	*Καφισόδωρος* Thebanus	„ 5
no. 199:	*Ἰσμηνοκλῆς* Thebanus	„ 5
no. 202:	*Καφισόδοτος* Leuctrensis	„ 5
no. 205:	*Διωνύσιος* Thespiensis	„ 5
no. 218:	*Καφισοδότα* Acraephiensis	„ 5
no. 222:	*Ὀλύμπιχος* Tanagr.	„ 5
no. 225:	*Διωνύσιος* Tanagr.	„ 5
no. 278:	*Ἀπολλόδωρος* Thesp.	„ 5
no. 286:	*Ηισμήνα* Coronea	„ 5
no. 289:	*Ηερμάϊσκος* Orchomenius	„ 5
no. 294:	*Ἡραιόδωρος* Orchom.	„ 5
no. 300:	42 Thebanorum nomina; inter quae 8 vel 9 theophora: *Διόδοτος, [Ἡρό]δοτος* sim., *Ἀπολλόδωρος, Πτώιλλος, Πτωίλλει, Ὑπατόδωρος, Ὀλυμπιόδωρος, Ἰσμεινοτέλεις, Διόζοτος*	„ 5
no. 315:	*Διογείτων* Abaeensis[2])	„ 5

1) cf. Aristot. *Ἀθ. πολ.* VII 3.

2) Abae erat oppidum Phocidis in finibus Boeotorum situm; quare non dubium mihi videtur, quin nomen illud ex Boeotia Abas venerit; cf. quae dixi de stirpe *-γείτων* supra p. 17.

no. 348:	*Παιώνιος Μενδαῖος* statuarius	saec. 5
no. 349:	*Πύθων Ἑρμοστράτου Ἀβδηρίτης*	„ 6-5
no. 372:	432 Styrensium nomina, e quibus quinque theophora: *Ἀπολλόδωρος, Δίων, Διωνίδης* (bis), ** Ἐργόθεμις, Ἑρμόκριτος*	„ 6
no. 381:	15 Chiorum nomina, inter quae quinque theophora: *Ἀθηναγόρης, Ἡρόδοτος, Ζηνόδοτος, Κήφιος,*[1]) ** Πυθέης*	„ 5
no. 385:	*Ἡφαιστίων* Samius	„ 5
no. 386:	*Ἡραγόρης ὁ Ἡραγόρεω* Samius	„ 5
no. 388:	** Πυθαγόρης* Samius artifex	„ 6-5
no. 392:	** Πυθάρχη* Amorgina	„ 6-5
no. 434:	** Μοιραγόρας* Melius	„ 6
no. 440:	*[Η]ε[ρ]μᾶς* (?) Theraeus	„ 7-6
no. 482:	** Πύθων* et *Παγήσερμος* oriundi e Dorica Hexapoli[2])	„ 7-6
no. 486:	*Ἑρμησιάναξ* Milesius	„ 6
no. 490:	*Ἱστιαῖος* Milesius (tyrannus?)	„ 6
no. 491:	*Μαιάνδριος* Cyzicenus	„ 5
	Μανῆς Cyzicenus	„ 5
no. 494:	*Ἑκαταίη* Erythraea	„ 5
no. 496:	** Πυθίης* Camirius	„ 5
no. 500:	*Ἀπολλωνίδης* Halicarnassensis	„ 5
no. 504:	** Πύθα* Thymbraea	„ 6-5
no. 589:	*Καφισόδωρος* Boeotus vel Megarensis	„ 6-5

His nominibus ex aliis inscriptionum collectionibus catalogus augetur:

Anc. Gr. Inscr. IV no. 931: *Ἀναξίμανδρος τοῦ Μανδρομάχου* Milesius (philosophus?) saec. 6

1) cf. supra p. 8.

2) cf. G. Hirschfeld, Mus. Rhen. XLII p. 221 sqq.

CB no. 5504:	* *Πύθων* Milesius	saec. 6
CB no. 5508:	*Ἑρμησιάναξ ὁ Ἀπολλωνίδεω* Miles.	„ 6
CB no. 5513:	*Μητρόδωρος ὁ Ἀπολλωνίδεω* Milesius	„ 6
CB no. 5531:	*Ηερμοκράτης* Proconnesius	„ 7-6
CB no. 5608:	*Ἀθηναγόρη* Clazomenia	„ 6
CB no. 5495:	12 Milesiorum nomina; e quibus theophora tria: *Διονύσιος, Ἀπολλόδωρος, Ἑρμῶναξ*	„ 6

Nomina theophora in lapidibus Atticis tradita consulto praeterii, quoniam de eis C. Meier l. s. p. 28 egit. Qui sexto et quinto saeculo theophora in Attica rara esse et nonnisi vicesimum quodque nomen ad deos spectare cognovit.

Ex his quos congessi indicibus apparet theophora nequaquam omnibus locis aequo modo usitata fuisse: perpauci noti sunt Lacedaemonii, perpauci Theraei, perpauci Euboeici, quibus nomina talia fuerint, quamvis magnus sit numerus andronymicorum quae ex illis regionibus diem tulerunt. Sed duabus in terris theophora iam sexto et quinto saeculo frequentia fuisse videntur: in Asia Minore et in Boeotia. Boeotica theophora a scriptoribus perpauca memorari mirum non est, quippe qui omnino de illorum temporum Boeotis haud ita saepe mentionem faciant. Quod casui deberi demonstratur titulis, qui magnum numerum produnt divinorum nominum. Atque si Boeotorum theophora singillatim perscrutamur, quinti saeculi theophora iam eadem varietate et copia esse cognoscimus, qua Boeotica theophora inter cetera praestare intelleximus.[1]) Iam enim quinto saeculo adhibita sunt et deorum nomina *(Ἀθηνᾶ, Ἀπόλλων)* et deorum cognomina *(Ἀβαῖος, Πτώιος)* et

1) v. supra p. 40.

fluviorum nomina *(Ἰσμηνός, Κηφισός)*[1]). Sexti scilicet et septimi saeculi tam pauca nomina supersunt, ut de hac aetate certa cognoscere vetemur; sed quoniam in Asia Minore theophora iam tum crebra erant (cf. supra p. 44 sqq.), in Boeotia quoque sexto et septimo saeculo nomina theophora in usu fuisse existimare licebit.[2]) Quod confirmabitur eo indice, qui theophororum apud singulas civitates frequentiam indicabit. Quem priusquam aggrediar, pauca de theophororum aetate atque origine explananda sunt. Si vetustissimum fontem adimus, paucissima exstant apud Homerum theophora: *Διομήδης, Διοκλῆς, Διώρης, Ἡρακλῆς, Ἀρηΐθοος, Ἀρηΐλυκος.*[3]) Horum e numero unum nomen *Διοκλῆς* eodem more formatum est quo theophora quinti et quarti saeculi, cetera aut coniungunt deorum nomina cum vocibus, quae postea cum theophoris fere non coniunguntur (*-μήδης, -άρης, -θοος, -λυκος*) aut exitum alio modo, quam solebant Graeci, formant: conferatur *Ἠρακλῆς* cum recentioribus *Ἡρόδοτος, Ἡρότιμος.* Itaque licet certo affirmari non possit Homerica aetate theophora nondum in usu fuisse, tamen non dubium est, quin tum perrara atque aliis legibus formata fuerint. Septimo autem saeculo theophora iam saepius occurrere videmus; quae ut omnia paene ad Mercurium spectent nescio an casu factum sit. Cumque carmina Homerica non multo vetustiora esse videantur, theophora circa annum 700 magis in usum venisse concludere licet. Atque hoc quidem certius tantum ad Iones pertinet

1) Quod desiderantur locorum nomina velut *Κερησός, Ὀγχηστός,* fortasse factum est nominum paucitate.

2) Quod confirmant, quae de Boeotorum colonis digessi supra p. 42.

3) cf. FB p. 363. Joh. Schöne, *Griechische Personennamen als religionsgeschichtliche Quelle.* Düsseld. 1906, p. 5.

qui in Asia Minore sedes habebant, sed apud Boeotos, quorum nomina Ionicis non dissimilia sunt,[1]) res non aliter sese habuisse conicere licebit.

Iam si quaerimus qui factum sit, ut Boeoti et Iones soli ex omnibus Graecis hoc genus nominum adeo dilexerint, responsum satis certum dari non potest. Tamen non inutile erit, paulo propius ad quaestionem tam gravem accedere. Num fieri potuit, ut aut Iones ad Boeotos aut Boeoti ad Iones theophora transtulerint? Hoc utrumque negare licet, nam gentes quam diversae inter se erant Iones et Boeoti lingua, indole, moribus! Praeterea reputandum est Boeotorum theophora a ceterorum maxime discrepare. Quare iudicandum est utramque gentem aut sua sponte theophora imponere coepisse aut e communi quodam fonte hunc morem hausisse.[2]) Sed his de rebus certa cognosci non possunt, quoniam nominum fontes qui ante quintum saeculum fluxerunt, hodie obruti sunt.

1) vide supra p. 50.

2) Nonne fieri potuit, ut et Iones et Boeoti theophororum usum acceperint ab aliis quibusdam gentibus? Iones Phrygibus erant vicini et multas eis debebant religiones, cultus, fabulas (cf. Kretschmer, *Einleitung in die Geschichte der griechischen Sprache*, Gött. 1896, cap. VII); itaque eos Phrygum theophora quoque quae multa fuerunt imitari potuisse negari non potest. Boeoti autem fortasse cum Thracibus erant mixti (Strab. IX, 410; X, 471; cf. de Wilamowitz, Eur. Herakles[2] I p. 9). Cumque Thraces fuerint Phrygibus antiquitus cognati (Kretschmer, l. c. cap. VII), fieri potuit, ut mos theophora imponendi a Thraco-phrygibus ad Graecos venerit. Quae coniectura fulcitur Thraco-phrygum nominibus in quibus ut modo diximus multa sunt theophora (*Μανῆς*, *Μάννις*, *Μανοσᾶς*, *Νάνακος*; *Δεόβιζος*, Dinzenus, Dioscuthes al.). Accedit, quod Graeci iam septimo et sexto saeculo nomina deorum barbarorum ad formanda nomina Graeca usurpaverunt: cf. *Ἀναξίμανδρος*, *Ναννώ*, al. Sed hanc opinionem ad certitudinem perducere nondum potui; fortasse alia investigari poterunt argumenta, quibus illa sententia confirmetur.

At iam perscrutemur necesse est, utrum omnibus temporibus eadem frequentia nominibus sacris fuerit necne, et inquiramus, num tertio et altero a. Chr. n. saeculo theophororum usus et auctoritas eadem fuerint ac saeculo quinto et sexto. Quem ad finem perlustrabimus singularum gentium et civitatum nomina et videamus, quota pars theophoris occupetur. Fieri nimirum non potest, ut numeri allati omnino accurati sint; tamen satis accuratos eos esse opinor.

De Atheniensium theophoris egit C. Meier l. s. p. 28 sqq.: qui cognovit, quinto saeculo theophora vicesimam, quarto septimam, altero quintam vel quartam partem omnium nominum efficere.

In Boeotia in titulis saec. V. (cf. supra p. 48) quarta fere pars nominum ad deos spectat; tertio saeculo theophora paululum augentur: v. c. titulus IG VII no. 2716 praebet 28 inter 72 nomina. Licet in aliis lapidibus non eadem observetur ratio, affirmari tamen poterit quartam vel tertiam fere partem nominum Boeoticorum saec. III fuisse theophora. In titulo Megarico eiusdem aetatis (IG VII no. 42) habes inter nomina 70 theoph. 24, h. e. tertiam partem.

In cetera Graecia media tertio saeculo theophora decimam fere partem nominum efficiunt. Hoc e maiore copia titulorum exiguorum computavi, nam inscriptiones, quae exhibeant nominum catalogos ampliores, non exstant.

In Thessalia quoque decima fere nominum pars theophoris expletur: in inscr. Phalannaea saec. II (Hoffmann *Griech. Dial.* II, 6) inveniuntur 11 theoph. inter nomina 100, h. e. nona pars.

In titulo Epidaurio saec. II exstant 35 theoph. inter nomina 296, h. e. nona pars. In Dymaea inscriptione (CB no. 1612) inter nomina 110 habes theoph. 12, h. e. partem nonam.

In Arcadiae lapidibus perpauca exstant theophora. Titulus Arcadicus (CB no. 1181) inter 50 nomina theophorum nullum continet, titulus Tegeaticus (CB no. 1248/49) inter 41 nom. theoph. unum. In Laconia et Messenia multas reperimus saec. II et I inscriptiones amplos nominum perhibentes catalogos, quae theophoris omnino carent, velut CB no. 4447, 4449, 4478. in Elide inter pauca quae supersunt nomina paucissima sunt theophora.

Iam transeamus ad insulas maris Aegaei.

In Euboico catalogo exeuntis saec. IV (Ἐφ. ἀρχ. 1895 p. 125 sqq.) habemus inter nomina 150 (ib. p. 131 et 132) theophora 4, inter nomina 230 (ib. p. 137 et 138) theophora 10, h. e. partem vicesimam septimam.

Paulo usitatiora theophora fuerunt in Cycladibus. In 210 Ceorum nominibus (IG XII 5 no. 609) 13 insunt theoph., h. e. pars sexta decima. Inter 18 Pariorum nomina (ib. 132) unum solum reperis theophorum.

Thasi septima aut octava pars nominum ad deos pertinet.

In Sporadibus Doricis theophora perpauca occurrunt. Catalogi ampliores desiderantur.[1])

Plura praebet Hexapolis Dorica: Rhodi septima fere pars constat e theophoris; in minoribus insulis (Co, Nisyro, Calymna) multo pauciora reperiuntur. Velut e 250 nominibus Calymniis (CB no. 3590) 12 sunt theophora, h. e. pars vicesima prima.

In Asia Minore, ad quam terram nunc accedamus, multo crebriora erant theophora.

1) Unus tamen inest catalogus Theraeus, IG XII 3 no. 327, multa exhibens theophora (cf. C. Meier l. s. p. 29); sed mercennarii commemorantur Ptolemaei regis, quorum pauci ex ipsa insula oriundi fuisse videntur.

Halicarnassi inter 40 nom. (BCH XIV 100) inveniuntur 17 theoph., h. e. inter tertiam partem et dimidium.

Inter 150 Iasiorum nomina saec. IV (CB no. 5515) exceptis barbaris 50 exstant theoph., h. e. tertia pars.

E 500 fere magistratuum nominibus III et II saec. universarum civitatum Ionicarum Asiae Minoris, quos collegi e CGC *Ionia*, 160 sunt theophora, tertia fere pars, item CGC *Troas, Aeolis and Lesbos* perhibet inter nom. 90 theoph. 24.

E 35 nominibus Cyzicenis saecl. IV (CB no. 5523) 22 sunt theophora, hae sunt duae partes. Neque multo rariora erant in ceteris oppidis Propontidis.

Cypriorum ampliores indices diem non tulerunt; in ea insula theophora III saec. septimam fere partem efficere computavi.

De Creticis quoque theophoris e lacunosa eorum memoria difficillime iudicatur, tamen tertio saeculo ea non saepius quam in Cypro occurrere censeo.

Eadem frequentia in Cyrenaide esse videntur.

In Sicilia vel saec. III theophora usitata erant: in titulis Tauromenitanis (IG XIV no. 421) quartam fere complent nominum partem; 132 enim sunt ex universis 507.

Magna Graecia perpauca nomina nobis praebuit: Iamblichi Pythagoreorum catalogi inter 100 fere Crotoniatarum, Metapontinorum, Locrorum, Tarentinorum nomina 2 vel 3 exhibent theophora (Iambl. vit. Pyth. § 267), quae saeculo quinto pleraque vindicanda sunt.

At multo frequentiora quam in ipsa Graecia in barbaris terris ab Alexandro Magno subactis theophora erant; velut in Carico lapide inter Nysam et Aphrodisiadem invento saec. fere III (BCH XIV 110)

inter 43 nomina habemus theoph. 24; inscriptio quaedam Hermupoli Magna, in oppido Aegypti, reperta e 400 nominibus Graecis 216 habet theophora (BCH XX 177 sqq.), in lapide Micrasiae reperto e nominibus 56 theoph. sunt 32 (BCH XIX 433).

Romana aetate theophora etiam magis increbrescebant: quod bene demonstravit C. Meier l. s. p. 29.

Sed hoc idem vir doctus erravit, quod inter regiones hac in re nihil vel paulum interesse censuit; immo quantum ad theophororum frequentiam altera ab altera maxime diversa fuit! Saepissime[1]) theophora occurrunt in Ionicis oppidis Asiae Minoris, sequitur Boetia cum Megaride et Aeolide, quam nomina permulta a Boeotis accepisse suspicati sumus. Tum nominandae sunt Sicilia et Attica. Carent autem theophoris maxime Lacedaemonii, deinde Euboici et Cycladum et Sporadum incolae; denique theophora minus usitata fuerunt in ceteris Peloponnesi regionibus et in Graecia septentrionali. Medii inter Iones et Lacedaemonios erant, qui theophoris modice usi sunt Rhodii, Cretenses, Cyrenaei.

Si regionum, quae iam quinto saeculo theophoris abundabant rationem cum earum quae tertio saeculo multa praebent theophora comparabimus, dubium nobis esse non potest, quin aliter in aliis terris theophora increbruerint. Velut in Ionia et in Boeotia et antiquitus erant crebra et crebra manserunt, in Laconia vix usitatiora facta sunt quam antiqua aetate erant; contra in Sicilia et Attica intra duorum saeculorum spatium perquam percrebruisse videntur. Siculi enim, quibus talia fuerint nomina, ante Thucydidis aetatem nulli fere sunt noti itemque pauci

---

1) Regiones barbaras hoc loco consulto praetereo.

Athenienses. Sequitur, ut in his regionibus inde ab illis temporibus theophora maxime in morem venisse existimemus. Atque in Siciliam fortasse ab Ionibus Asianis translata sunt, quibuscum Siculi artium commerciique vinculis coniuncti erant; in Atticam autem eo facilius pervenire potuerunt, quod Athenienses et frequentem cum Ionibus mercaturam habebant et Boeotis ac Megarensibus vicinis utebantur. Itaque in Attica quoque posteriore aevo maxime varia erant theophora neque etiam desiderabantur nomina ad amnes pertinentia. Unde concludere licet facile Atticos recepisse vicinos Boeotorum mores. Quod si ita est, mirari oportet inconstantiam Atheniensium, qui quamquam ubicumque potuerunt Boeotos ob illuviem et ob stultitiam illuserunt, tamen Boeotorum propria nomina imitari minime dubitaverunt.

APPENDIX

De nominum suffixis apud Boeotos usitatis

Diximus adhuc de nominum stirpibus, in priore capite de profanis, in secundo de sacris. Sed non modo nominum stirpibus, verum etiam suffixorum usu singulae Graeciae civitates inter se et differebant et consentiebant. Ut ordiar de suffixis, quibus gentes et civitates vicinae utebantur similibus, quaeque diversa erant a ceterorum, in Graecia septentrionali, quae ad occidentem est versa, crebra erant ethnica exeuntia in *-άν*: *Ἀκαρνάν*, *Εὐρυτάν*, *Ταλαιάν*, *Φοιτιάν*. In Graecia septentrionali ad orientem versa saepe occurrunt ethnica desinentia in *-ός*: *Περραιβός*, *Θεσσαλός*, *Ἀχαιός*, *Λοκρός*, *Δελφός*, *Βοιωτός*. In Phocide Boeotia Attica Euboea vicinisque in regionibus florebant nomina, quae terminabantur suffixo *-εύς*: *Φωκεύς*, *Λιλαιεύς*; *Θεσπιεύς*, *Μεγαρεύς*; *Ἀχαρνεύς*, *Σουνιεύς*;

Ἐρετριεύς, Χαλκιδεύς. Peloponnesii diligebant terminationem *-άτης*: *Σπαρτιάτης, Γυθεάτης, Τεγεάτης, Ὀρνεάτης*; eadem in eorum coloniis habes ethnica: *Ἀμβρακιώτης, Κροτωνιάτης, Ποτειδαιάτης, Χαλκεάτης.* Qui circa Hellespontum habitabant saepe usurpabant suffixum *-ηνός*: *Παριηνός, Κυζικηνός, Ἀβυδηνός, Ἀδραμυττηνός.*[1]) Graeci Siciliam et Italiam incolentes non raro adhibebant terminationem *-ῖνος*: *Ἀκραγαντῖνος, Λεοντῖνος*; *Μεταποντῖνος, Ταραντῖνος.*[2]) Omnium harum formarum pauca ipse exempla attuli, quae valde augeri facile possunt. Et digna mihi videtur haec res, quam accuratius docti viri perscrutentur, quia ex ea inquisitione haud pauca nos de vetustissima Graecorum memoria cognituros esse sperandum est. Sed iam ad suffixa inter se diversa transeamus et ab ethnicis ad propria nomina. Quorum nonnulla iam ad certas regiones, quarum finibus continentur, relata sunt a viris doctis. De nominibus in *-ήν* exeuntibus, quae erant crebra Corcyrae Dyrrhachii Apolloniae, egit Fr. Blass (CB no. 3225 in adnotatione); de suffixo *-ίτας* in Thessalia haud infrequenti Bechtel (FB p. 29); idem in Boeotia terminationes *-ιχος* et *-η* frequentia fuisse intellexit (FB p. 23, 28).

Huic brevem conspectum addam reliquorum suffixorum, quae in nominibus Boeotorum propriis observantur, non id acturus, ut nova proferam,[3]) sed ut materiam institutam penitus absolvam.

I. *-η* (Boeotice *-ει*), quae vocalis nisi in Boeotia nominibus nusquam addebatur. Nomina in ea de-

1) tales formas barbaras esse censet Kretschmer, *Griech. Sprache* p. 192.

2) haec nomina iam Italorum dialectos olent: cf. Pometinus Aventinus aliaque multa.

3) quare in eo quoque cautus fui, ne altius in quaestiones grammaticas descenderem.

sinentia non sunt nimis frequentia; tamen cum omnia enumerare longum sit, exempla affero pauca:

Ἀμφόττει (IG VII no. 2858), *Βουκάττει* Theb. (ib. 2424), *Θάλλει* Tanagr. (ib. 538), *Κυδίλλει* Orchom. (ib. 3226), *Πρόππει* Orchom. (ib. 3206), *Πτωίλλει* Theb. (2427).

II. Multo saepius exstat suffixum *-ιχος*. Quod etsi apud ceteros Graecos interdum reperitur, in Boeotia tam usitatissimum erat, ut vix reperias ullum nominum indicem nominibus in *-ιχος* exeuntibus vacantem. Atque quam varia fuerint haec nomina, intellegitur exemplis nonnullis inspectis:

Ἀθάνιχος (IG VII no. 2716, 3182, 4247 al.), *Ασώπιχος* (ib. 417, 2420, 3068), *Ἐμπεδδίχα* (ib. 959), *Θεοδώριχος* (ib. 3180), *Λιόντιχος* (ib.), *Μείλιχος* (ib. 252).

III. Suffixum *-δης* licet apud omnes Graecorum gentes occurrat, a Boeotis propria quadam ratione adhibebatur, qui nominibus exeuntibus in *-ων* non addebant *-ίδης (Σιμωνίδης, Τιμωνίδας)*, sed *-δας* littera *ι* eiecta[1]) *(Κλεώνδας, Παγώνδας)*. Exempla quaedam memorabo:

Διογειτώνδας Theb. (IG VII no. 420), *Διώνδας* Megar. (ib. 146), *Ἐπαμεινώνδας* Theb. celeberrimus, *Ἑρμαιώνδας* Acraeph. (IG VII no. 2716), *Ἠσχρώνδας* Theb. (ib. 2724a), *Κλεώνδης* Theb. (ib. 2424), *Φιλώνδας* Thesp. (ib. 3172).

In nominibus suffixi *-δας* ope formatis, quae patronymica appellare consuevimus[2]), paulisper commorari liceat et quaerere, quaenam eorum frequentia diversis temporibus fuerit. Atque heroicae quidem aetati haec

1) cf. Sadée, de Boeotiae titulorum dialecto, diss. Hal. 1905, § 95.

2) Quamquam initio huius suffixi vis non tantum patris indicandi fuisse videtur, cf. H. Usener *Götternamen* p. 20.

nomina iam nota erant, indebantur autem solis proceribus.[1]) Deinde vetustiore aetate historica quam vocamus fuisse creberrima videntur: Attici enim tituli saeculi V (IG I no. 433, 434, 446, 447) inter 430 nomina praebent patronymica 43, h. e. decimam partem. Inscriptiones autem saeculi IV—II (IG II no. 868, 869, 870, 953, 962 perhibent nomina 312, e quibus patronymica 22, h. e. partem quartam decimam. At in Attico catalogo secundi post Chr. n. saeculi (IG III no. 1095) inter 160 nomina 3 patronymica reperiuntur; h. e. pars fere trigesima tertia. Athenis igitur nomina exeuntia in -δης magis magisque obsoluisse intellegitur; in Boeotia vero etiam celerius ex hominum usu evanuerunt; id quod iam demonstrare conabor. Ac primum quidem tractemus lapides saeculi quinti vel quarti.

IG VII no. 2428	(Thebis)	praebet	inter	nom.	32	patr.	3
„ 2430	(Thebis)	„	„	„	32	„	5
„ 3175	(Orchom.)	„	„	„	120	„	12
„ 1888	(Thesp.)	„	„	„	100	„	12

sunt igitur inter nom. universa 284 patr. 32, hoc est pars nona. haec nomina antiquiore aevo Boeotis quoque in usu fuisse demonstratur nominibus nobilium Boeotorum vel Thebanorum patronymicis: *Ἑρμαιώνδας, Παγώνδας, Λεοντιάδης, Πελοπίδας, Ἐπαμεινώνδας.* Sed iam aggrediamur titulos saec. III—II.

IG VII no. 1750	(Thesp.)	exhibet	inter	nom.	50	patr.	3
„ 1752	(Thesp.)	„	„	„	100	„	4
„ 1757	(Thesp.)	„	„	„	60	„	0
„ 3068	(Lebad.)	„	„	„	52	„	3

sunt igitur inter nom. universa 262 patr. 11, h. e. pars vigesima quarta.

1) cf. Guilh. Meyer, De Homeri patronymicis, diss. Gott. 1907 p. 5.

Licet Boeotorum celeritate non adaequaverint, simili tamen modo reliquae Graecorum nationes nominibus patronymicis uti destiterunt. Quod ipse, cum plurimorum titulorum nomina computarem, certum esse intellexi; neque tamen spatii exiguitas hos computos repetere permittit. Hoc tantum moneam, unam terram haec nomina servasse usque ad tempora Christiana: Laconiam dico. Apud Lacedaemonios enim nomina exeuntia in -δας quinto saeculo adeo florebant, ut quintam aut quartam omnium nominum partem efficerent; neque multo rariora sunt saeculo II—I a. Chr. n., ubi v. c. inter 90 nomina Laconum propria (CB no. 4445) 15 exstant patronymica, inter totidem nom. (ib. no. 4446) 17 patr., inter 30 nom. (ib. no. 4447) patr. 6, inter 35 nom. (ib. no. 4449) 7 patr. Itaque etiam tum temporis quinta fere nominum pars suffixum ferebat -δης. E quo denuo discimus, quanta Lacedaemonii fuerint constantia in retinendis maiorum moribus; ita ut theophora quoque Spartae nunquam usitata fuerunt[1]). Contra apud reliquos Graecos fere omnes ut theophora in saecula increbruisse, ita patronymica in saecula obsoluisse cognovimus.

1) cf. supra p. 54.

Vita

Natus sum Georgius Neumann die XVII mensis Maii anni MDCCCLXXXVI patre Carolo matre Guilelmina e gente Pollieniana. Patrem tristissimo fato paucis diebus ante examen rigorosum mihi ereptum esse doleo. Fidei addictus sum evangelicae. Inde ab anno 1895 collegium Fridericianum per novem annos frequentavi, quod tum directore Georgio Ellendt hocce anno mortuo maxime florebat. Imprimis tum de me sunt meriti viri doctissimi et humanissimi *Hoffmann, Karstens, Schneider, Schoendoerffer,* quibus hoc loco gratias ago debitas. Vere anni 1904 maturitatis testimonium adeptus universitatem Albertinam adii neque eam reliqui ante examen rigorosum superatum. Docuerunt me viri doctissimi *Berneker †, Deubner, Haendcke, Hallervorden, Heinze, Jeep, Kowalewski, Krauske, Ludwich, Rossbach, Rühl, Schöne, Schubert, Tolkiehn, Uhl, Walter.*

Proseminarii philologici per duo, seminarii per quinque semestria sodalis fui; inde a vere anni 1907 usque ad ver 1908 seminarii senior fui; historico seminario per sex menses interfui. Ad exercitationes archaeologicas et numismaticas *Rossbach,* ad grammaticas *Heinze* et *Tolkiehn,* ad palaeographicas *Rühl* me benigne admiserunt.

Magistris meis omnibus semper gratam habebo memoriam; imprimis autem Ottonis Rossbach, qui semper summa erga me benignitate fuit ac studiis meis per omnia tempora humanissime favit, numquam obliviscar.

Denique gratias refero quam maximas Ludovico Deubner neque non Riccardo Wuensch, qui me hoc in opusculo conficiendo opera et consilio benevolentissime adiuverunt.